a Utrum libris rationū sit abhibenda fides ⁊ de hoc vide p ĩnol. ĩ. de. ĩ. in. x. col. de vsur. ⁊ de hoc an credatur libris rationum vide per bal. ⁊ sali. in. l. i. C. de edē. per bal. in. l. rōnes. C. de proba. ⁊ in rubr. C. de fi. instru. in xviij. col. versi. sequitur videre de scripturis quorundam officialium ⁊ vide roma. in. l. nuda ratio. ff. de dona. post barto. ⁊ adde in quantum dicit q liber ōfū cti q fuit bonus hō facit aliqualez p̄ sumptionez p̄o hered̄e q idez tenz do. an. hic i v. colū. ⁊ in c. fi. infra de iureiu. idem tenet bald. post nico. ō mutina ĩ. d. l. rōnes. C. de proba. et facit q dicit bal. in. l. cōparitiones in pe. col. in prin. C. ō fi. instru. intelligē ⁊ limita vt procedat i libro rōnū defūcti hñte formā debitam rōnis ⁊ sic cōtinēte data ⁊ recepta secus si essz simplex scriptura vni ns debiti tā tū q nihil p barz. ita nō. limitat bal. post nico. in d. l. rōnes sequitur paul. de ca. in. d. l. admonēdi i pe. col. ⁊ do. alex. hic in duob⁹ locis s. in. xxviij. col. ⁊ in. xxviiij. ⁊ circa istū primuz casum vide oino p do. iaſ. de maio. in sua nota. rep. l. admonēdi. ff. ō iureiurā. faciē tē regulā negatiuā cum sex fallētijs. ĩ. lxxxiiij. colū. cum. viij. colū. sequē.

onez. Bar. loquitur enim indistincte ⁊ maxime in prin. vbi facit mētionē i genere de legibus p̄mittentibus cōpationē. ⁊ postmodū subijcit rōnem generalē cuilibet scripture priuate cōformē dicēs q occasione legis permittētis cōpationē sine augmento testiuz boies multū adulterabātur documēta adeo q semetipsos ab immutatione litterarum se exercerēt. ideo volens prouidere subiectis ⁊ obuiare falsitatibus statuit vt sola compatio nō sufficiat. maxime qz est ꝓbatio fallax pp similitudinē litterarū. vnde nullaz rōnē spālē induxit magis in apocha q̄z in alijs. cū facilius possit quis falsificare epistolā que scribit ad absentez q̄z apochā que fit inter p̄sentes. vnde ex quo tex. correctiu⁹ loquitur indistincte ⁊ rō sua ē vniformis dz vniformiter itelligi. xxxi. q. i. q si dormierit. ⁊ in. c. maiores de bap. Nec ob. si dicaſ q tex. ĩ §. siquis igitur in ver. si tamen quispiā. videtur loqui de apocha seu cōtrahente cōsultiue. qz dico q facit mentionem de cōtrahēte cōsultiue. nō enim potuit sic cōsulere ei cui epla dirigit cū nō sit in sua ptāte pp absentiā. Item inquātū loquit de cōtrabentib⁹ pōt intelligi ēt de libro rōnū. qz quādoqz cōtractus redigitur in librō rōnū. ff. de edē. l. quedā. §. nūmularios. Insup est aduertēdū p̄o opi. p̄dicta q tex. in. d. auc. in correctione nō fundat se sup negligētia ptis in nō adhibēdo testes sed potius super malicia hominū qui sunt ꝓni ad falsitatē ⁊ qz illa probatio ē fallax. Et post q̄z hāc opi. tēui reperi bar. in. d. auc. ⁊ si ꝓtractus. qui videt hoc idē velle in epla. dicit. n. q si negaſ dz probari sicut apocha. ⁊ solū videt psistere in libro rōnū vt ibi sufficiat sola ꝓpatio. equitatem habet hoc dictū lz iure non probatur. debuit. neē cautus a principio quādo cōtraxit cū illo ⁊ sibi p uidere iuxta cōsilium illius auc. ⁊ nō se exponere fortune. ⁊ sic cessat rō bar. quod nō est quid sibi imputetur. qz immo est nō dico tpe scripture libri sed tpe quo cōtraxit ⁊ hoc bene notabis. qz nō discussa per alios. Uenio ad tertiaz spēm. s. librū [a] rōnum in quo facio tria membra. aut queritur nunquid ꝓbat p̄o scribente. aut cōtra scribentē. aut cōtra tertiū. p̄mo casu dic q in pēdētibus a volūtate sua ꝓbat ſm oēs. vt in. l. nēsennius. ff. de neg. ge. facit. c. fi. ō succ. ab intes. Aut sumus in alijs. ⁊ reperio tres opi. vna q nihil probat. idē nō. gl. ij. hic in fi. ⁊ in cle. i. ō vsu. per. l. exemplū. C. de proba. hoc voluit Bart. in. l. nuda. ff. de dona. idē clari⁹ dixit in. l. admonēdi. vbi clare dicit q nihil ꝓbat. sz notāter limitat nisi sit scriptura alicuius defuncti qui fuit bonus homo tūc facit aliquā p̄sumptionē ita vt cū alijs adminiculis ꝓbet. adducit. l. rōnes. C. de proba. in eo q dicit solas rōnes nō probare. q. d. q p se nō plene probēt. secus cū alijs facit. l. qui cū maior. §. pe. ff. de bo. li. Scōa fuit opi. quorūdam vt recitat io. an. post Ni. monēdi per aliud bonū simile qz siquis negat acta cāe nō pōt postea ex illis se iuuare ſm bal. in. l. i. ad fi. C. de cōsef. sicut in simili si reus negat cōtenta in libello esse vera non potest postea ex illis se iuuare ſm bal. in. l. precum ⁊ ibi nō. sali. C. de lib. cā. barto. in. l. naturaliter. §. nihil. ff. de acq. possess. in. vi. colū. confirmat etiā ex eo quod singu. nō. bal. in. l. iij. i. ij. nō.

mat. in addi. predicta q scripture ēt mercatorū etiā p̄o se semiplene credit vt fit locus iuramēto in supplementū ꝓbationis. que quidē opi. cōiter nō placet doc. nec Ci. in. l. instrumēta. C. de ꝓba. Nō. n. potest plus opari scriptura vnius hominis q̄z ipsi⁹ viua vox. sed viua vox nō pōt inducere semiplenam probationē cū nō admittatur in testimoniuz p̄o se. vt. xiiij. q. ij. in prin. ⁊. iiij. q. iij. nullus idoneus ⁊c. Iē absurdum videtur vt detur sibi iuramentū cum tunc tota probatio dependēret ab auctoritate sua. et sic idē bis cōputaretur ⁊ faceret maiorē fidem in facto proprio quā in facto alieno. Tertia ē opi. predicti Nico. qui dixit q cū alijs adminiculis ꝓbat p̄o scribente p. l. instrumēta palle. illa tñ. l. posset intelligi alio mō. vt ibi nō. Ci. s. quādo inducitur instrm domesticū cōtra scribentē. tene opi. Bar. quā videtur hic sequi do. an. nec ēēt malū dicere q etiā ꝑ viuente faciat qualē qualem fidem ſm qualitatē scribētis ⁊ causę qz nō est verisimile q bon⁹ mercator debeat suū librum falsificare maxime ꝑ modica quantitate. ar. c. ad audientiam de p̄script. ⁊ in. d. l. rōes que lz loquaſ in libro defuncti tamen eadem ratio est in viuente rōne predicta. Secūdo casu nūqd facit fidem cōtra scribentem. Bar. in. d. l. admonēdi. simpliciter dicit q sic p. l. quedā. §. nūmularios ff. de edē. ⁊ simpliciter ipsum secutus est do. an. hic sed idē bar. latius hoc assumpsit examinādū in. d. l. nuda. nam videtur huic dicto obstare. l. certū. §. si quis absente. ff. de cōsef. ⁊ c. fi. de cōsef. cū ibi nota. Non enim valet cōfessio etiā viua voce absente parte facta licet p notariuz sit redacta i actis cause. ergo fortius nō debet valere qñ in statione sua i absentia partis quis scribit libz rōnis. Soluit bar. q in cōtrario fuit simpliciter ꝓfessio lz ēēt redacta i scriptis p aliū vt p notariū cāe. Sz i casu nostro fuit scriptura que semp loquitur. iō nūc cū puenit ad te tibi loquit sicut epistola quā tibi mitto. ⁊ de epistola q faciat fidē probatur i. d. l. publia in fin. Ex ex hoc dat vnā restrictionē. dicit. n. se putare q si in libro rōnū quis fecerit scribi per alium hoc nō probat ꝯ se si fuit hoc actum absente parte sicut i cōfessione in iudicio facta parte absente ⁊ i scriptis redacta. d. §. siqs absente. qō dicit notādū. Sed bal. quem sequit do. ange. de perusio impugnat hoc dictū. s. p̄mū dicēs q aliud in epistola que mittit ad absentē. qz sic mittendo voluit in partis p̄tia cōfiteri. vt. d. l. publia. Sz liber cōficitur in absentia ad instructionē scribentis nec habuit animū cōfitēdi in ptis p̄tia. iō illa cōfessio nō deberet valere. Jo. an. post Nico. mat. sequitur p̄mū dictū vt faciat fidē cōtra scribentem. allegat l. de etate. §. i. ff. de inter. act. que tñ nō multū facit. qz loquitur i cōfessione facta i ptis p̄tia. sz ego[b] cui placet illud dictū allego tex. nō. in cle. vna de vsur. p illū tex. C. ō reputare. vbi nōt q qui non accepta exp̄ſe ẏba ad uersarij. Item si dissimulet nō pōt se ex illis iuuaſ quāto minus in ꝑ positio nostro poterit se iuuare si exp̄ſ se cōtradicat ad qō vltimū dicit ee videda nō. per ci. in. l. i. in vi. q. ⁊ ibi per sali. in xv. op. C. de consef. Sali. in. l. generaliter. C. de nouu. pe. ⁊ in l. iubemus C. de libe. cā. flo. de san. pe. i. l. fi. C. de inter. act. se cūdo limita dictum bart. ⁊ pa. no. hic in hoc secundo casu vt procedat i libro rationum i quo continue scribūtur per mercatores data ⁊ recepta iurta. l. si quis ex ar. §. rationem. ff. de eden. sec⁹ si sit scriptū in alio quo mēorial vel in aliqua cedula qz da

[a] Immo plus dico q si mercator negaret scripturam que reperitur i libro rationū suarū sua manu vel sua volūtate nihilominus plene probat cōtra cū ſm nico. de mutina. quē refert ⁊ sequitur io. an. in. d. §. nunc dicendū in ad. magna posita super v. priuatorum in. v. col. de instr. edi. itē exp̄ſe tz bald. lz io. an. non alle. in. rubrica. C. de fi. instru. in. xiij. col. versi. sed hoc quero pone q in libro mer. Lu. ro. i. d. l. nuda. in pe. col. ff. de do. limita nisi pars tali libro rationū primo exp̄ſe cōtradixisset qz si postea in sui fauorē velit stari tali libro cōtra scribētē nō est audiēdus vt i regula ex eo. i vi. ita specifice ⁊ bene limitat lu. ro. in. d. l. nuda in. iij. col. facit optime q in simili dicimus in materia positionū. nā ex positiōe quā quis semel negauit fundare se nō potest vt nō. doc. in. c. i. de consef. in. vi. ange. ⁊ idē lu. ro. plene in. l. i. §. si quis simpliciter. ff. de ver. ob. Confirmat ēt do. meus do. iaſ. in. d. l. ad eo q illa reperiantur in li. mercatorum tamen non probāt cōtra mercatorem. ita bal. in. d. rubrica in. d. xiij. colum. in verſiculo item dubitatur vtr ista scriptura. idem in rubrica. C. de constitu. pe. sequitur exp̄ſe ludo roma. in dicta. l. nuda in. iij. columna. Immo fortius subiungit Bald. in dicta rubrica. C. de fide instrumentorum quod etiam si reperiatur scriptum in libro mercatorum sed non fit scriptum in forma rationis. quia forma rationis est q contineat data ⁊ recepta. nam si contineret vnuz actum tantum puta vt vulgo dicimus vnam postaz si esset scripta absente parte non probaret contra scribentē ⁊ ita tenet etiaz Bald. in. l. ratione in prima colum. ad finem. C. de probatio. ⁊ sequūtur in simili Dau. ⁊ do. Alexan. in. d. l. admonendi. ⁊ do. iaſ. in. lxxxij. colum. qui dicit q est diligenter notandum.

a An hodie adhibeatur fides libris campsorum. ⁊ vide ꝙ sup hoc scribit bal. in rubri. C. de fi. instr. i. xiiij. ⁊. xv. col. et de libris mercatorũ vide p bal. in suo tractatu constituti. in. iij. col. Et vide do. an. in. c. si cautio i. iiij. col. ver. ex his decidit. ſ. e. ⁊ vide que latiſ. scribit bal. in. c. fi. i pe. ⁊ vlt. col. de conſeſ. Adde ꝙ ſi ſtatutum dicit ꝙ adhibeatur fides libris mercatorũ intelligit de ſpectãtib⁹ ad ſuam mercantiã ſm baldũ in. l. fin. C. ad mace. pro quo facit tex. i. l. iij. §. eo modo. ff. nau. cau. ſta. ⁊ in. l. ſi quis ex argentarijs. §. rationez ff. de eden. item de qõ ne hic poſita per do. an. i terminis viõ latiſ. p ro. p⁹ bart. i. l. nuda. ff. ỏ do. in. iij. colũ. verſ. vij. in quantum. ⁊ bar. in. l. quedaz. §. nũmulari os hic all. vbi etiam põit an adhibeaꝝ hodie fideſ libris gabellariorũ. et vide bal. i l. cunctos populos i lec. in pen. car. v. vltri. queriť: C. de ſũ. tri. vbi dic̃ ꝙ valet ſtatutum ꝙ creditur ſcripture camſorum vl mercatorum quaz inſtrumento publico.

b Idez tz do. an. i c. fi. j. de in reiu. idẽ tenent iaco. bu. ⁊ nico. vt refert bar. in. d. §. nũmularios niſi ſcribẽs eẽt perſona ſuſpecta. idẽ ibi ſequiť moder. pau. de ca. ⁊. d. alex. ꝓ iſta opi. bñ facit ꝙ dicit bal. in rubri. C. de conſti. pe. in pe. col. vbi dicit ꝙ mercatores hodierni temporis q̃uis nõ habeant publicũ officiũ ꝓut olim habebãt argẽtarij gerũt tñ quaſi publicũ officiũ. ⁊ idẽ bal. in rubri. C. de fi. inſtru. i. xvi. col. dicit ꝙ mercatores et cãpſores hodierni tẽporis bẽnt magnã ſimilitudinẽ cũ illis nũmularijs iuncta glo. nõbili in v. rõnũ. nã liber ibi producit vt fidẽ faciat cõtra ſcribẽtẽ. nec ẽ ſpãle in hoc ꝫ vſurarium. qz eius cõfeſſio viua ſibi nõ ꝓiudicat ſi in abſentia partis cõfeſſus fuerit. vt nõ. in. c. ij. de vſur. li. vi. nec fecit ibi libri rõne officij. qz tũc de iure ẽt fuiſſet cõpulſus vt. d. l. quedã. ff. de edẽ. ⁊ dixi. in. c. i. de ꝓba. ſed fecit ad ſuã inſtructionẽ ⁊ nihilominus ꝓbat cõtra eũ. ſolũ enim inducitur ibi ſpecialitas vt cõpellatur edere ꝓprias rõnes vbi alias nõ cõpelleret vt in. c. i. de ꝓba. cũ ibi nõ. nec debem⁹ dicere ꝙ ſit alia ſpãlitas. ſ. reſpectu ꝓbationis cõtra vſurariũ. tũ qz due ſpecialitates nõ debẽt cõcurrere circa idez. l. i. C. de do. ꝓmi. tũ qz hoc nõ colligitur ex illo tex. et aperte ſentit hoc ibi glo. ⁊ facit glo. i. l. inter chartulas. C. de cõue. fi. debi. li. x. Sed nũc vltra alios moueo tibi dubiũ. pone ꝙ liber rõnis aliquid cõtineat ꝓ ſcribente aliqd ꝫ. ⁊ ſic factũ cõcernẽs eandẽ perſonã nunquid poſſit illa perſona approbare librum q̃tenus facit ꝓ ſe ⁊ nolle ſtare q̃tenus facit cõtra ſe. Idone. n. in facto ꝙ mercator ſcripſit i libro ſuo ꝙ tui⁹ depoſuit penes ſe cẽtũ poſtea ſcripſit ꝙ ex illis reſtituit ſibi. l. vel quid ſimile. dico ꝙ põt approbare ꝓ ſe ⁊ nolle ſtare quaten⁹ facit ꝫ ſe. de quo videť tex. ſm cõem lec. quã ẽt ſequiť bar. in. l. publia. §. fi. ff. depoſi. ⁊ lz loquať in epla. tamẽ eadẽ rõ ẽ in libro Idẽ bar. in alia ſcriptura in. l. aureli⁹. §. idẽ q̃ſijt. ff. de li. leg. ⁊ p Ei. in. l. i. C. de cõſeſ. nõ tamẽ ꝓ ſe. ſicut dicimus in confeſſione viua voce emanãte in diuerſis oꝛonibus. ꝓ hoc facit. qz lz quis poſſit teſtificari ꝫ ſe nõ tamẽ ꝓ ſe. xiiij. q. ij. in ꝓn. ⁊ hoc tene lz do. Car. aliud ſenſerit in. c. bone. ij. de poſtu. prela. per c. cum olim de cen. ſed iſtud poteſt intelligi in inſtro publico. ⁊ dic vt ibi nõ. ꝓ inno. Tertio caſu prin/cipali nũqd faciat fidẽ liber rõnis ꝓtra tertiuz. dicit bar. in. d. l. nuda. ꝙ aut liber fuit ꝓfect⁹ auctoritate publici officij ſicut olim faciebãt nũmularij ⁊ facit fidem vt. d. l. quedã. §. nũmularios. ff. de eden. facit ff. de admi. tu. l. lucius. §. tutela. Si vero nõ eſt ꝓfectũ rõne publici officij. ⁊ tũc nõ facit plenã fidem. vt nõ. i. d. §. nũmularios. ſupple niſi hoc habeat cõſuetudo. ꝓ hoc. c. cũ dilectus. ſ. eo. dicit tamẽ ꝙ cuz hodie cãpſores ⁊ mercatores q iurãt in arte ſua ſuccedant in locũ illorũ qui erant officiales publici licz nõ habeant hodie officiũ publicũ dicẽdũ ẽ vt eorũz libris ſit credẽdũ quo ad ſemiplenã ꝓbationẽ ſi ſũt homines ꝓbati ⁊ bone fidei ⁊ fame ꝓ nõ. in. d. §. nũmularios. ⁊ ſic põt intelligi ſm aliũ intellectũ glo. in d. l. admonẽdi. ⁊ in. d. l. i bonefidei. q̃ dicũt ꝙ ꝓuata ſcriptura facit ſemiplenã ꝓbationez. Et nõbis ſing. hũc intellectũ ad illas glo. naz. ſ. dedi. alios intellectus ⁊ banc opi. approbat idẽ bar. in. d. l. admonendi. maxime cum hoc habeat cõſuetudo q̃ in talib⁹ multũ ẽ attendenda. vt nõ. inno. ſ. c. proxi. ꝓbať in d. c. cũ dilectus. Et aduerte qz bar. loquitur de bis mercatoribus qui ſunt approbati in eorũ arte. ſec⁹ videtur vbi quis ꝓpria auctoritate aſſumit ſibi artẽ tũc. n. nõ debet facere ſemiplenaz in preiudiciũ alterius cũ ſit cio ꝓuata pſona. Sz q̃ro an iſte liber debeat habere diẽ ⁊ cõſulẽ. vide io. an. c in addi. pre dicta vbi poſt Nico. dicit ꝙ quaten⁹ ꝓducit cõtra ſcribẽtẽ nõ eſt neceſſe ꝙ hẽat dictas ſolẽnitates vel ſimiles ſed quatenus ꝓuideat alteri debz habere ſuas ſolẽnitates. qz equiparantur ſcripturis argentariorũ. vt. ſ. dixi. Itẽ debet ꝓtinere ex qua cauſa d recepit vel expendidit ⁊ ſimilia nõ tamẽ requiritur ꝙ habeat teſtes inſcriptos ſicut nec illi argentarij ad hoc artabantur. Itẽ dicit ꝙ iſti poſſunt ꝓ alios e libros ſcribere ſicut bodie cõis vſus bẽt. ⁊ ipſi videẽt ſcribere quorũ noie ſcribitur. ff. de re. iur. qui p alium. ff. ỏ ad. tu. l. ita. §. geſſiſſe. ⁊ idẽ i tutoribus⁹ ⁊ curatoribus qỏ nõ. Poſtremo in hac materia quero qualis dz eẽ ſcriptura ex qua fit cõpatio. So. habemus quo ad propoſitũ duplicẽ ſcripturã. vnam ad quã ꝓbadam fit cõpatio. ⁊ de hoc qualis debeat eẽ ⁊ qualiter ꝓbetur ſatis plene. ſ. dictũ fuit. Alia eſt ex qua fit ꝓpatio. i. que producitur ad cõpationẽ faciẽdã cũ illa que negatur. ⁊ iſta debet habere vnã ex quinq̃ q̃litatibus que enumerãtur i. l. cõpationes iuncta auc. ad hoc. C. e. vt ſit ſcriptura publica vel facta in iudicio vel chirographũ priuatũ cũ ſubſcriptione triũ teſtiũ ita vt pri⁹ ſibi fides ipõať vel ꝓducta ex archiuo publico vel aduerſarius met tã q̃z ꝓpria ea vtatur in iudicio. Ex alia vero ſcriptura nõ põt fieri cõpatio ſm glo. ⁊ bar. in. d. auc. ad hoc. ⁊ in auc. ⁊ ſi cõtract⁹. Et hoc facit ad nõbilẽ qõnẽ nunqd deficiẽte ſcriptura q̃lificata nõ ꝑdcõ poſſit iudex negãtẽ cõpellere ad ſcribendũ de nouo vt ſic poſſit fieri cõpatio. Bar. i. d. auc. ⁊ ſi cõtractus tz ꝙ nõ per tex. i. d. l. cõpationes iũcta glo. i ver. lz i ſemetipſuz ⁊ glo. i. d. auc. ad hoc. vbi videť inui ꝙ extra caſus predictos nõ fit cõpatio ẽt ſi ꝑs cõfiteať ſuã eẽ ſcripturã. do. Car. dicit ꝙ vtrũq̃z dictũ ẽ cõtra tex. illi⁹ auc. de inſtru. cau. §. ſiquis igitur. nã quãdo ꝑs cõfitetur ſuã eẽ ſcripturã illa bz vim publice quantũ ad cõpationẽ fiendã ⁊ in preiudiciũ ſcribẽtis ⁊ ꝙ poſſit cõpelli ad ſcribẽdũ ẽ tenẽdũ ſm eũ ad faciliorẽ expeditionẽ iudiciorũ ſicut iterrogat ptes i quacũq̃z pte iudicij. vt i. c. cũ ioãnes. ſ. e. ⁊ l. vbicũq̃z. ff. ỏ interac. Ego idẽ puto latius tamẽ materiã explicãdo q̃z ipſe faciat. nã fateor ꝙ ex. l. C. ſ. cõpatiões. C. de fi. inſtru. nõ fiebat cõpatio ex ſcriptura priuata niſi bẽret ſubſcriptionẽ triũ teſtiũ. ſz poſtea ſupuenit auc. de bis qui ingre. ad ap. §. illud colſ. v. que diſponit ꝙ ſi pars vtitur ſua ſcriptura vt ꝓpria poteſt ex illa fieri cõpatio. ⁊ ſic tacite innuit ꝙ vbicũq̃z certũ ẽ ſcripturã eẽ ꝓpriam põt ex illa fieri compatio. hunc poſtea ſubuenit auc. de inſtru. cau. vbi narrať ꝙ q/dã exorta dubitatione fuit compulſus ad ſcribendũ vt ſic poſſet deueniri ad compationẽ quaſi ĩuat idubitatũ eẽ quẽ poſſe compelli ad ſcribẽdũ. Itẽ adduco duas alias rationes extrinſecas. prima ꝙ lex nõ dz eẽ ipoſita verbis ſed rebus i. c. cõmiſſa de ele. li. vi. Ad qd ergo exigi debet ſubſcriptio teſtiũ vel ꝙ pars vtatur in iudicio ex quo certũ eſt ꝙ ipe illã ſcripturã fecit. iſte. n. ſolẽnitates ſeu qualitates requirũtur vt liqueat illã ſcripturã eẽ ꝓpriã que ceſſare dz ex quo clarius liquet eã eẽ propriam. vt qz cõfitetur vel ſcribit i pñtia iudicis de ap. cũ ceſſante. ⁊ fruſtra antiqui tẽporis ⁊ idẽ. d. bal. in. d. l. inſtrumẽta. ⁊ ſali. i. l. i. i vlti. col. cir. med. C. de edẽ. Sed imol. in. l. nuda ratio. ff. de do. in vlti. col. cir. med. reprobat iſtam opi. prout optime refert. d. me⁹. d. iaſ. in. d. repe. l. admonendi. i. lxxxv. col. cũ ſeq. Et cõis opi. ẽ ꝙ liber rationũ mercatoris vel cãpſoris iurati ⁊ matriculati ſemiplenã probationem facit pro tertio contra alium ſec⁹ ſi nõ ſit iurat⁹ limita tamen niſi perſona mercatoris eẽt infamiſ vl aliter ſuſpecta. ſecũdo quando eẽt liber continens formã rõnis ⁊ ſic recepta ⁊ data ſec⁹ ſi vnã poſtam tantum. tertio i ſpectãtibus ad eius exercitium ⁊ nõ aliter.

c Idẽ tz do. anto. hic in. v. colum.

d Quod liber rõnuz debeat contĩnere cãm debiti ad ỉ vt probet ꝫ ſcribentẽ vide oio bar. in. d. l. nuda in. i. col. i ſi. ⁊ ſeq̃n. ⁊ ibi lu. ro. i. i. col. tribus modiſ pul. limitantem ſpe. in ti. de confeſſionib⁹. §. nunc videndum in ver. ſed que ẽ rõ ⁊ vſ. ſeq. bar. to. ⁊ bald. in l. ſcripturas C. qui po. in pi. ba. bal. in l. inſtrumenta. C. de ꝓba. tex. ⁊ doct. i. c. ſi cautio. ỉ co. ti. tex. in. l. non ſolum. §. an debitõ ⁊ ibi bar. ff. ỏ pe. ⁊ ange. de are. i. §. actiones aũt ỏ peculio i. ij. colũ. vltra medi. i v. vi. permitte iſti. de actio. bal. in rubri. C. de fi. inſtr. i. xiij. col. i v. ſz q/ro ſi i libro mercatoruz ⁊c. Subdit tñ ibi nõ. bal. ꝙ iſto caſu ſufficeret cõiecturalis ꝓbatio cauſe propter ſcripturam libri rõnum vbi alias oporteret probari de vera cauſa.

e Nõ ꝙ ñ refert an liber rõnũ ſit ſcript⁹ manu ꝓpria an ꝑ ſuos factores vel aliũ vt plene ꝓbet ꝫ ſcribẽtẽ. ⁊ idẽ lz do. an. b. i. v. col. ⁊ idẽ nõ. bal. i rubrica. C. de fi. inſtrumẽ. i. xxvij. col. i vſi. ſed hec q̃ pone ꝙ in libro merca.

fit per plura qꝫ expediri pōt ꝑ paucioꝛa. non enī ꝺꝫ ius vti superfluis remedijs. l. hec stipulatio. §. diuꝰ ff. vt le. no. ca. ⁊ in. c. sicut de ꝓba. ⁊ qꝫ ibi diri. Secunda ratio magis vrgēs. video. n. qꝫ iudex cōpellit partē ad rñdendū positiōibus alteriꝰ partis ad releuandū illā ab onere ꝓbandi in. c. ij. de testi. li. vj. ⁊ in cle. sepe de v̄bo. sig. cū si. ergo fortius ꝺꝫ posse cogere ad scribendū vt fiat cōpatio. ⁊ dicit hic do. Lard. qꝫ ipe Bar. mutauit in hoc opi. suā vt reperit in quibusdam scriptis suis. ⁊ certe si ñ mutauit debuit mutasse ꝑ p̄dicta qꝫ nōbis. Et ex p̄dictis potes colligere multas species scripture auctētice. Nūc vento ad scꝺꝫ p̄ncipale dictū huius. c. videlicet ad materiā sigilliª ex qua resultabāt spēs alique scripture auctē tice. ⁊ omittā ꝟ que notauit Jnno. s̄. c. pri. ⁊ hic an ⁊ quando credat sigillis prelatoꝝ qꝫ plene diri in. c. post cessionē. s̄. de ꝓba. Sed reliquā materiā sigilli ꝟ tractam ꝑ eū breuissime cōcludā ꝑ. v. rōnes. Prima sit quale debeat esse sigillū vt fidem faciat. Scꝺa an sufficiat sigillū esse carthe impressum. an vero requiratur qꝫ sigillans exprimat suū sigillum apposuisse. Tertia an possit quis signare alieno sigillo seu anulo. Quarta an eps possit alicui plone sigillū suū cōmittere vt vice sua sigillet. Quinta ⁊ vltima an sigillū appositū cedule seu carthe vacue data ꝓmissario potestate postea scribēdi faciat fidem respectu scriptuꝝ postmodū facte. Quo ad primam cōcludo post Jnno. qꝫ sigillū debet habere certos characteres vt sic possit cognosci vel certas lr̄as legibiles cuꝫ aliter non ꝓbet. vt in. c. inter dilectos. j. eo. cum alia vero re. puta corrigia. que non fit dispositia ad signādum vel sigillādum sigillari nō pōt. ad hoc. l. ad testiuꝫ de testa. ff. ⁊ c. significauit. j. de ap. Jtez debet eē auctēticuꝫ puta epi vel alterius magni viri. ⁊ ꝟ qñ p̄stat auctoritatē scripture p̄ncipaliter. puta qꝫ sigillat i facto alioꝝ. ⁊ ita loquit hic. Si vero nō p̄stat auctoritatē p̄ncipaliter sed secūdario qꝫ sigillat vt testis tūc sufficit sigillū suū priuatū apponere dūmodo sit certum modo p̄dicto. ꝺ. l. ad testiū. §. penul. ⁊. ff. quēad modū testa. ape. l. ij. cū ibi nō. Jdem est si ꝫbēs obligat se sigillo ꝓprio lꝫ ꝓuato. ff. depositi. l. publia. l. i. C. de reb. alie. nō alie. ⁊. s̄. diri. ⁊ qꝺ dictū est de sigillo idem est i anulo dūmodo sit sculptus ad modū sigilli mō p̄dicto. nā nō est fienda vis in nominibus. ar. de ꝓcur. petitio. nam ſm Jnno. qꝺ nos vocamꝰ sigillū ius cuile appellat anulū. Et hodie multi talef anuli reperiunt. ⁊ vide ho. tex. in. c. i noie. lxxiij. di.

Ad scꝺaꝫ. q. an sufficiat sigillū esse charte impressum. Jnno. ponit duas opiniones. Prima vt non sufficiat nisi is q apposuit dicat se apposuisse. ar. ff. ꝺ testa. l. penul. ⁊. C. de testa. l. si vnus ⁊. l. hac cōsultissima. Scꝺa opi. cui videt ipse Jnno. inherere est vt sufficiat si in charta ꝫbentiū vel loquentiū cōtentoꝝ sigilla apponant etiam si nō exprimant qꝫ sigilla sua apposuerūt. C. arbi. tu. l. fi. ⁊. j. e. iter dilectos. hoc tñ limitat verū si talia sunt sigilla quibus credēdū est vt sigilla epoꝝ ⁊ inferioꝝ platoꝝ saltem in his q̄ spectant ad iuri sditionē suā respectu istoꝝ iferioꝝ. Credo qꝫ in ꝟ Jnno. nō loquat pfecte. vñ distinguo sic. qꝫ aut sigilla iserta sunt ipsoꝝ quoꝝ nomie fiunt instrumēta. ⁊ ꝓcedit hec scꝺa opi. nā presumunt apposita ad p̄bendā fidem scripture ⁊ de consensu ipsorum nisi aliud ꝓbet. vt in. l. ij. C. de reb. alie. nō alie. ⁊ i. c. tertio loco de ꝓba. ⁊ hoc casu nō requiro sigillum auctēticū sed sufficit priuatū ipsoꝝ ꝓtrabentiū. vt. s̄. diri. Aut sunt sigilla aliorū ⁊ ꝓcedat p̄ma opi. vt nō sufficiat appositio sola. sed oportet qꝫ ipi ꝫbentes vel is cuius est sigillū attestent ad quid illud sigillum fuit appositū alias p̄sumit adulterinū i dubio ⁊ falso appositū cum i dubio sigillū debet ꝓgruere dignitati sigillantis ⁊ materie descripte in charta sigillata. vt aperte ꝓbat in. c. iter dilectos. j. e. ⁊ facit qꝺ dicam i sequēti. q. Ad tertiā questionē dicit Jnno. qꝫ siquis habet sigillū ꝓpriuꝫ tunc ipo ⁊ nō alieno si gillare debet alioquī non ꝓdest nisi ex cā fiat vt sequatur. nec mirꝫ qꝫ nec ꝓprium ꝓdest si ad aliud officiū ē deputatū. vt. ꝺ. c. significauit de ap. Si aūt nullum sigillum ꝓpriū hꝫ vel nō hꝫ pre manibus vel nō pōt aliud habere de facili tūc potest vti alieno sigillo. debet tñ exprimere ſm cuꝫ cuius sigillo signat ⁊ quar alieno· ⁊ potissima rō est vt videlicet discerni possit quo ⁊ a quo ⁊ ex qua cā signatum est instr̄m. nam ex multis ⁊ diuersis causis apponunt i litteris subscriptiones ⁊ sigilla. qñqꝫ enīꝫ i signū ꝓsensus. xij. q. ij. fine exceptione. ⁊. s̄. de ꝓcu. c. i. qñqꝫ in signū testio nij. ff. de pigno. actio. i. l. gaius. qñqꝫ in signū auctoritatez p̄stantis. xij. q. ij. sacroꝝ ⁊. c. cū redemptor qñqꝫ in signū ꝓfirmatiōis vt. j. eo. inter dilectos. ⁊ multis alijs ex causis. Ex quo inferr ſm cuꝫ qꝫ sem per debet exprimi cuius est sigillū ⁊ a quo apponit ⁊ ꝓpter quid apponit. ⁊ nōbis hec verba qꝫ quotidiana. ⁊ faciūt ad ea que diri i p̄cedēte questiōe. dic tñ Jnno. qꝫ si in littera hec nō specificarent nō habꝫ pitiare dūmodo ex alijs circūstantijs possint hec deprebēdi. Eps tñ sigillando cū sigillo ecclesie nō intelligitur vti alieno sigillo ſm Jnno. qꝺ nō. allegat. c. i nomie patris. lxxiij. di. ⁊. vij. q. i. scire. qꝺ ego intelligo qñ est solitus cum illo sigillare. secus si tñ capīn cum illo sigillat. ar. in. c. significauit de appel. Venio ad quartā qōnem i qua dicit Jnno. epm[b] posse alicui honeste ꝓsone sigillū suū cōmittere ⁊ ſm ptātē sibi datam poterit is cui fit cōmissio sigillare de his que ptinēt ad epm puta causas cōmittere citare confirmare ⁊ generalr oīa alia que sibi cōmissa sunt poterit expedire ⁊ sigillare etiam si p̄latus cuius sigillū est eas nō viderit sigillare. sic enīꝫ videmus papam vti. j. de crimi. fal. c. dura. ⁊ multos alios p̄latos. dicit tñ qꝫ in ꝫctibus aliarū ꝓsonarū nō ꝺꝫ nomie epi sigillū testimoniale apponere nisi ⁊ ipe eps interfuerit ipsi ꝓtractui cū testimoniū fit tñ de visu ⁊ auditu ⁊ de his que testis nouit. iij. q. ix. testis. ⁊ sic loquit auc. de tabel. §. nos aūt credim⁹. Si v̄o haberet cōsuetudo vt is qui hꝫ sigillū talia instrumēta sigillaret etiam absqꝫ scientia epi non dānat Jnno. consuetudinem nec etiā bosti. nam videt hoc fieri noie ipius cuius est sigillū. ⁊ hec notabis maxime in eo qꝺ Jnnocē. sentit sigillū epi dare auctoritatem instrumētis sup ꝫctibus ⁊ similibus lꝫ nō pertineat ad officium epi. ⁊ satis hic facit iste tex. ⁊ vide qꝺ plene diri i. ꝺ. c. post cessionē de ꝓba. Jn vltima qōne dicit Jnnocē. qꝫ aut tradita est ptās ad certū articulū iscribēdum i huiusmōi cedulis. ⁊ tūc si aliud inscribat ibi ⁊ de hoc cōuincat poterit tanquā falsarius puniri. aut data fuit generalr ptās ad scribēduꝫ quicqd placuerit ⁊ in hoc ponit tres opi. Prima qꝫ valet quicqd ibi scribit et aliū obligādo dūmodo tale quid inscriberatur ad qꝺ cōstitui potuit ꝓcuratoꝝ. Scꝺa opi. qꝫ nihil poterit ibi scribere ad obligādū aliū nisi solum illū cuius est sigillū. Tertia opi. in qua videt residet Jnno. qꝫ nec illū cuius est sigillum obligare pōt nec aliquid scribere qꝺ de iure valeat. qñ ille cuiꝰ est sigilluꝫ dat auctoritatē sigillo. ⁊ sigillū debet dare fidē scripture ⁊ scriptura ꝫctui. Sed in casu nostro hoc non pōt cōtingere. qꝫ ex quo scriptura non est facta tēpore quo apponit sigillū nō est aliquid cui ipm sigillū p̄stet auctoritatē ⁊ ꝑ hoc optime facit. c. ad audientiā de eccle. edificijs. Jtem multa iconuenientia inde possent sequi q̄ vide hic ꝑ Jnno. vide et Jnn. in. c. ij. de solu. ⁊ notabis ista qꝫ sepe p̄ncipes ⁊ p̄lati dant huiusmōi cedulas vacuas sigillatas eoruꝫ ꝓcu

a Nō hic plenis. mām sigilli. quaꝫ autem probationeꝫ faciat seu educat sigillum vide plenis. per inno. in c. i. in. ix. colum. super glo. in ver. litteris. ꝺ. p cura. ⁊ ro. in rep. l. admonendi i. xvi. col. de iureiurā. Et de ista materia vide plene per pau. de liaza. i. ꝺ. caꝫ dilectis j. eo. ⁊ in. c. ij. loco de ꝓbationibꝰ.

b Et ꝺ isto sigillo episcopi vide qꝺ nōt do. an. i. c. post cessioneꝫ in. vij. ⁊. viij. col. de ꝓba. ⁊ ho. ter. i c. peruenit de fideiuss. Et vtꝺ ol dra. consi. lxxxiij. et seq. An aūt credat sigillo legati de latere vide p spe cu. in ti. de lega. §. sup. est in. xiij. col. v. credit quo qꝫ sigillo legati.

ratoribus ⁊ nũcijs vt scribãt i eis ſm temporũ ⁊ locoꝝ idigentiã ſeu exigẽtiã. qñ qz dant ſigillũ ſimpliciter. ſi. n. de boc cõſtaret nõ faceret talis ſcriptura ſi dem nec ſcribẽs eſſet imunis a falſitate cũ ſcribat litteras i vno loco ⁊ in cartba ſcribit alũ locũ ⁊ temp⁹ vt littere appareant date in partibus.

e **X litteris.** Caſus. Reſcriptuz apoſtolicũ ,ppter raſurã i loco non ſuſpecto nõ cenſet vicioſum. b. dicit ſm men ez. c. Cõis diuiſio. ſcõa ibi dicim⁹. Caſus litteralis. Inter magiſtrũ a. ⁊ r. vertebat queſtio ſuper capella deãbitoria: q̃ fuit cõmiſſa quibuſdã iudicibus: partibus coꝝ iudicib⁹ cõſtitutis dict⁹ .r. poſtulauit ſibi copiã lr̃arum oſtẽdi: qui cũ eas inſpiceret: cepit illas arguere ỏ falſo pro eo q̃ i narratiõe facti vbi ſcriptũ erat iura parochialia ⁊c. erant abraſe: iudices ſuper boc dubitãtes queſiuer̃t an ,ppter boc debeãt dici falſe. Reſpõdet papa q̃ ppter abraſionẽ illã littere nõ poſſunt dici falſe nec ſuſpecte: qz etiã priuilegia in nomib⁹ poſſeſſionũ abraduntur: ⁊ lr̃e ſi in narratione facti erratũ eſt pñt abradi. Nõ ibi copiã iũcta glo. ꝑma q̃ reſcriptũ ipetratũ per alterã partẽ efficit cõe ſaltem poſt citationẽ. vide i boc qỏ dixi i. c. ex cõqueſtione de reſti. ſpo. Nõ q̃ abraſio facta i narratione reſcripti vel ꝓuilegij nõ cenſet facta i loco ſuſpecto qỏ tñ itellige vt. j. dicã. Exquo a ꝟrio colligit ſecus eſſe ſi foret facta i verbis diſpoſitiuis qỏ ,pcedit ẽt i alijs inſtrumẽtis. vt i. c. cum venerabilis de reli. domi. ſz fallit in diſpoſitiõe fauorabili vt in legato liberatiõis vt in. l. ,prie. i ſi. ff. de bis que i teſta. delẽ. vnde quãtuncũ qz fiat ibi cancellatio non ꝓ boc viciat legatuz liberatiõis. ⁊ boc intellige qñ dubitat an teſtator voluerit illud deler̃ an iconſulte boc ,pceſſerit vt ibi nõ. Si aũt appareret de volũtate tunc in dubio tolleret legatũ. ad boc. l. cãcellauerat. ff. eo. ⁊. l. ſi vnus. C. ỏ teſta. vbi nõbiliter dicit Bar. legatũ ad pias cauſas iudicãdum vt legatũ liberatiõis quo ad ꝓuilegiũ ſupradictũ. Nõ q̃ reſcriptũ ad lites nõ dicit ꝓuilegium. eſt enim reſcriptũ ſm ius qz mãdat ius impetranti fieri. ꝓuilegiũ vero eſt ,ppie ꝓria ius. iij. di. ꝓuilegia. de quibus vide qỏ nõ. in. c. olim de vbo. ſig. ⁊ in. l. beneficiũ. ff. de cõſti. princi. Nõ penultio q̃ ſtrictius iudicat ꝓuilegiũ q̃z reſcriptũ ad lites. vñ facilius ꝓſumitur falſitas in ꝓuilegio q̃z in reſcripto ad boc. c. pe. de crimi. fal. ⁊ qỏ nõ. Inno. in. c. epi in fra de rebus eccle. non alie. Ultimo collige q̃ licite abradũtur inſtrumẽta in loco nõ ſuſpecto ſi deprehenditur error. An aũt poſſit pars corrigere ⁊ abradere ſi deprehẽdit errorẽ. docto. bic videt cõit q̃ nõ quinimo ſi boc ꝓſumeret careret omni cõmodo reſcripti vñ dicit Hoſti. q̃ in curia eſt canon late ſnie excõicationis in quẽcũ qz alium ab officialibus ſuper boc in curia deputatis q̃ i reſcripto bullato vt notato aliquid ſaltem vnã figuram vel lr̃am vel etiaz dimidiã abraſerit deleuerit diminuerit compleuerit vel mutauerit ſine illius ad quẽ ſpectat data licentia. ⁊ dicit q̃ ſepe boc publicat in curia vt nõ poſſit quis pretendere ignorantiã. ff. de inſti. l. ſed ⁊ ſi. § . ỏ quo palam ⁊. j. de iudeis ita quoꝝdam. ⁊. xvj. di. qỏ dicitis. ⁊ ita ſtricte boc ſeruat curia vt cuz magna difficultate abſoluat ligatos. poſſet tamen impetrãs ſine aliqua pena totam lr̃am dilaniare ac etiam bullã ſi illa vult nõ vti. ⁊ nõ boc vltimũ. nam licitũ eſt cuilibet iuri ſuo renunciare ⁊ vide de boc quod plenius dixi in dicto. c. ex conqueſtiõe. Habes etiã ex predictis q̃ ſimplex notarius qui lr̃as apoſtolicas ſcripſit nõ poteſt illas corrigere ſine licẽtia officialis ad boc deputati. Unde facit boc ad qõnem an in alijs inſtrumẽtis poſſit nõrius[a] corrigere vel addere ſi cõperit ſe erraſſe. qỏ tractauit. d. Anto. Sed tu vide plene p Jo. an. ſuper data. vj. li. in nouella. ⁊ per Bar. in. l. barbarius. ff. de offi. preto. p archi. xxxv. q. ix. §. i. in ſpe. de inſtru. edi. §. inſtrumẽtũ. vſ. nunquid confecto. ⁊ ibi in addi. p Jo. an. ⁊ eundẽ eo. ti. §. oſtenſo vſ. quid de cõtractibus. ⁊ p ſpe. in. d. §. inſtrz. vſ. qd ergo ſi in nõ. Unũ tamen tene mẽti q̃ vbi notarius[b] facit vnam iterlineaturã ⁊ abraſionem ſi vult vt oĩs ceſſet ſuſpitio atteſtet in fine inſtrumẽti q̃ ipſe illam iterlineaturã vel abraſionẽ fecit. ad boc Bar. ⁊ tex. in. l. i. ff. de bis que in teſta. delẽ. ⁊ p dictũ archi. i. d. §. i. ⁊ ſi pars corrigit vel abradit inſtrm debet puniri de quo vide glo. in. d. l. i. in verbo ſubſtitutus. ⁊ tex. cum ibi nõ. in. c. olim de reſcrip. ⁊ in. c. cũ olim de offi. dele. ⁊ intellige quãdo doloſe facit circa ſubſtãtialia vel circũſtantias negocij. nam ſine dolo nõ cõmittitur falſitas. ad boc. l. i. ⁊. ij. ff. de fal. Secus putarẽ ſi per ſimplicitatẽ corrigeret aliquid qỏ eſt extra ſubſtantialia vel circunſtãtias negocij vt cognomen vel qd ſimile. ad boc qỏ nõ. Inno. in ſimili in. c. fraternitatis de hereticis. ⁊ p Bar. in. d. l. i. Oppo. cõ tex. ⁊ videt q̃ ppter abraſionẽ reddat inſtrm ſuſpectum. vt in. l. ſi. C. de edic. diui adria. Soluit glo. ij. q̃ bec fuit rõ dubitandi in tex. ſed ratio decidendi in ꝟrium redditur i lr̃a. non enim ,pcedit ꝟrium ſi abraſio fuit facta in verbis narratiuis ⁊ in nominib⁹ poſſeſſionũ. Sed ꝓtra boc ⁊ ꝓtra tex. oppono. naz ⁊ in verbis narratiuis ⁊ in nominibus poſſeſſionũ taz in ꝓuilegijs q̃z in reſcriptis poſſet fieri fraus. Pone enim q̃ in ꝓuilegio cõcedit mibi vna res parua ⁊ illa cancellata reſcribit res magna. Item pone q̃ in reſcriptum repoſui rem magni valoris adiecta clauſula generali vt ſic poſſem trãſire ad pares qỏ alias non licebat vt in. c. ſedes de reſcrip. So. ,ppter boc ꝟrium Inno. ⁊ Abb. dicũt bunc tex. nõ ,pcedere in ꝓuilegijs ſeu reſcriptis originalibus ſed in cõfirmatorijs dũtaxat. q. d. ſuſpitionẽ tolli i cõfirmatorijs p originalia. ⁊ idem dicit tenẽdum eadẽ ratione in inſtrumẽtis donationũ vel aliozũ ꝟctuum ⁊ boc videt tenere etiam Jo. an. ſup glo. vlti. Sed certe bec ẽ nimia reſtrictio ⁊ nullo modo iudicio meo lr̃e buic conſentanea. quinimo dico potius ex lr̃a colligi ꝟriũ qz cum tex. bic arguit a fortiori de priuilegijs ad reſcripta. ſi tex. intelligeret de cõfirmatorijs ⁊ veritas appareret in originalibus nullũ fuiſſet dubiũ. Item ẽ maxima diuinatio ad iſtum tex. maxime cũ nõ ſoleat in reſcriptis emanare duo paria lr̃arum. ſ. originalia ⁊ cõfirmatoria. Item ſi veritas patuiſſet bic i originalibus boc. c. fuiſſet de indubitato nec papa reſpõdiſſet p ſimile ꝓuilegij. ar. c. cum i iure de offi. dele. ⁊ fugiẽdi ſunt itellectus iurium qui reducũt iura ad caſum nõ dubitabilem. vt. in. l. i. ff. ad municip. ⁊ in. l. quod labeo. ff. ad carbo. ⁊ forte ob boc Boſ. poſuit bic alium itellectũ i elligendo. ſ. tex. de modica mutatione littere vel ſyllabe. Secus dicit ſi i toto nomẽ raderetur. ar. ſ. c. ij. de do. ⁊ cõtu. niſi ſm eum cõſtaret raſuz p manũ eiuſdem ſcriptoris qỏ etiã p cõparationem eiuſdem lr̃e cõſtare poterit. ad boc. C. eo. ti. l. cõparatiões. Do. an. i effectu videt bic ſequi mentem inno. ⁊ Boſ. vt intelligat lr̃a quãdo ex precedẽtibus ⁊ ſequentibus ꝓſtat de veritate reſcripti in abraſo loco vel quãdo p aliã ſcripturã apparet de veritate vel quãdo correctio fuit facta de eadẽ manu. ſ vltimũ quod etiam fuit Boſ. mibi nõ placet. nã duo requirunt vt abraſio nõ vitiet. ꝑmo q̃ in loco nõ ſuſpecto. ſcõo q̃ repoſita ſit ſcriptura de eadem manu vt nõ. in. d. c. cũ venerabilis. de reli. domi. Nõ ergo ſufficit q̃ eadem videat manus ſi in loco ſuſpecto eſt facta qz de facili ſimilat lr̃a alterius. vnde ſ ,pbatio que fit p ſolaz cõparationẽ ẽ fallax. vt dicit tex. i auc.

a An et quãdo notarius poſſit corrigere errorez ſuum. Et vide bal. i l. ſi vnus. C. de teſta. ⁊ in. l. ambiguitates in ſi. eo. ti. et vtõ multa que circa cãcellationez ſcribit bal. in l. noſtram C. de teſta. et de ſ ar. bic poſito per do. an. vtõ p bal. in. l. ca que C. con. vel epi. ⁊. q. ſ poſitam i terminis vide p bal. i rubri. C. ỏ fi. inſtru. i xi. col. v̀ ſz pone q̃ ta bellio. in breuiatura. ⁊ vide q̃ nõ. ange. de boc in con. ſuo cclxxxviij. ⁊ vtõ paulũ de ca. in l. under poſtea quam

ff. de re iudi. vbi de iſta q. ſe remittit ad bar. in. l. ſi libr̃arius. vbi pleniſſi. ff. de reg. iu. ⁊ ad ſpe. i ti. de inſtru. edi. §. poſtremo vſ. ſed nunquid conſectum. Sed tu vide q̃ ỏ boc ſcribit bar. in. l. diuus la. i. §. item ſenat⁹ ff. de fal. ⁊ vide barto. in l. edicto. §. ſinautem in i. colum. C. de edi. diui adri. ⁊ ibi ẽt vide bal. in ſi. v. colũ. v. i iij. op. ⁊ de boc etiaz vide per Ci. ⁊ bal. in. l. imperator i. ⁊ ibi etiaz plene bar. ff. de ſta. bo. ⁊ baldus elegant er in. l. i. et ibi etiaz plene barto. in fin. ff. de no. co. confir. ⁊ multum late per do. in c. abbate ſane. §. ſi. i vlt. col. de re iudicata i. vi. vbi refert ioandre. i addi. ſpe. Itez de iſta materia vide elegantiſſime bald. in. ca. publicato. in. i colum. de elect. vbi refert qỏdã contrarium läb. de rãp.

b Et ad idem vide barto. in. l. ſi vnus in fin. C. de teſta. ⁊ an ỏbeat ex primere cãz cancellationis vide bal duz in. l. noſtram. C. de teſta.

de instru. can. in ꝑncipio ꝑ ꝓmã colũnam. Do. Lardina. ex alio capite impugnat dicto Bos. qui intelligit litteram de mutatione lre vl syllabe. dicit enī hoc nō ꝓcedere cum abrasio lre vel syllabe fit in loco suspecto de quo nos loquimur itelligēdo, put. s. dixi. Unde dat ipse tertiuz itellectū vt littera intelligatur tam in ꝑuilegijs originalibus q̄z ꝯfirmatonjs q̄z in alijs rescriptis. z hoc qñ abrasio est facta in narratione facti. qz illa subiacet ꝓbationi. Sed certe iudicio meo hoc non tollit ꝯrium eius quod. s. formaui maxime dum dicit littera de possessiõibus. Jtez potuit set quis narrare falsitatem iꝓbabilē z timens care re cõmodo rescripti iuxta. c. super litteris de rescriptis. abrasit illam narrationē z aliter narrauit negocium. quis. n. negabit rescriptū esse falsum. Quare dico ponēdo quartū intellectum lrām intelligendaz quãdo in loco nō suspecto facta est rasura z nō fit ita magna q̄ inducat ꝓsumptionē fraudis. hoc apertissime voluit hec lra dum ponderauit narrationē facti cum nō sit verisimile q̄ quis falset literas de iusticia que faciliter obtinent. vt in. c. penul. ō crimi. fal. z ita intellige de nominibus possessionū. Pone enī ꝑuilegium concessum ꝑ hec verba. concedimus tibi omnes ecclesias que sunt in tali castro quas bis vocabulis duximus exꝑmendas ecclesiam sancti Nicolai z c̄. certe abrasio in nomie nō habet vitiare cuz ad cautelam fuit facta spālis mētio cum cõprehenderētur sub generalibus verbis. vl pone q̄ est tali modo cõcessum q̄ subiacent ꝓbationi. puta cõcedim⁹ vobis omnes ecclesias ꝑ nos cõstructas quas presentibus duximus nomĩbus exꝑmendas ecclesiã sancti Antonij z c̄. certe abrasio ī nomine nō vitiabit. qz oportet ꝓbare que ecclesie fuerunt ꝑ eos constructe iuxta nō. in. c. iter. j. e. z idem dic in similibus. nō. n. potest in his dari certa regula sed bonus iudex ex varijs circunstãtijs hoc arbitrabitur. Ultimo queritur pone q̄ rasura sit facta in loco suspecto nũquid vitiabit totum instrm an solum illã partem cui inberet. Oldra. tenet q̄ nō vitiat in totũ vt recitat Bal. in. l. fi. i quarto cõtrario. C. de edi. diui adria. Secus in dicto testis. nam illud vitiatur ī totum rõne partis falsę. qz testis ex hoc reddit periurus. vt ꝓbatur in c. pura. iij. qõ. ix. quod nō z itellige quãdo instrumẽtum habet plura capitula sepata. ad hoc qõ nō. Innocẽ. in. c. fraternitatis de hereticis. allego etiam bonum tex. in. c. si eo tempore de rescrip. li. vj. vbi patz q̄ surreptio cõmissa in vna gratia nō vitiat rescriptū respectu alterius gratie. z hoc satis mihi placet quãdo rescriptū vel aliud instrumẽtū est cancellatū ī certa parte. Sed magis dubiũ est quãdo cõtinet falsitatem ꝑ parte nũquid vitiet in totum. de quo vide bonam gl. hoc disputantẽ. ix. di. si ad scripturas. z per Inno. z alios in. d. c. fraternitatis. z per Spe. in ti. de instru. edi. §. instrm. versi. quid si aliquod instrumentũ z hec sufficiant.

a **Ecepimus.** Casus. Redarguenti ꝑuilegium de falso iudex faciet illud exhiberi coram iudice z paucis z in loco cõgruo z securo z interiz stabit sniẽ late ꝑ illud. In prima ponit partis decisa petitio. In sda pape, puisio ibi cum ꝑuilegia. Casus lralis. Inter archiepm cantuariẽsem: z monasteriũ sancti Augustini orta fuit cõtrouersia super statu z libertate ipius monasterij. Ex pte monasterij exhibita fuerũt ꝑuilegia quorũ obtentu lata fuit snia ꝑ monasterio: postmodũ archieps dicẽs illa priuilegia esse falsa: sniam seruare nolebat: abbas timẽs aggrauari ab ipso appellauit ad sedez apostolicam: z archieps tulit snīam interdicti in ecclias monasterij, ꝓpter qõ abbas dño pape fuit conquestus: sup hoc scribit archiepo eboracen̄. z eius ꝯiudicib⁹ dicẽs q̄ ꝑuilegia nō inspecta nō possunt argui ō falsitate: z qz difficile esset z periculosuz ea apud sedez apostolicã exhiberi: precipit vt exhibeãtur predicto archiepo cantuarien̄. in clausto ipsoꝝ fratrũ: vel in alio cõgruo z securo loco vsq̄ ad nativitatẽ ꝓmaz sancti ioannis baptiste. Si vero nō venerit nec sufficiẽtem responsalem miserit ponant ei ꝓpetuum silẽtium ea vlterius arguendi. Interim vero non vult papa illa ꝑuilegia vacillare: precipiẽs snīam que eorum auctoritate lata est inviolabiliter obseruari: z archiepm in inspectiõe ꝑuilegioꝝ duodeci hominũ numero faciant esse contentũ. Nõ q̄ etiam snīa lata ꝑm tenorem ꝑuilegioꝝ possunt ipa priuilegia de falso redargui. cõcordat in simili. s. de ꝓba. lz. Nõ scdo casum in quo quis cõpellitur ipa originalia ꝓti ostẽdere palpãda z examinanda. s. cuz ea vult de falso notare. Nõ ibi difficile sit z piculosum. q̄ non debet quis cõpelli ad, pducẽdũ originalia in loco remoto, ꝓpter piculum interitus. z ideo cõsiliũ est vt ꝑ us solẽniter exẽplẽtur iuxta materiã tradẽdam. j. c. c. fi. Et ex hoc z ex tex. arguit Hosti. nil difficile vel piculosum debere ꝑcipi parti ꝑ iudicẽ aliter ꝑm euz posset appellare hac causa expressa qõ est bene notãdum. Pro quo allego bonũ tex. in. c. ex parte. j. de appella. z clemẽ. pastoralis de re iudi. z de preceptis extraiudicialibus vide pulchre ꝑ inno. in. c. ad aures de tempo. or. dicit tamẽ hic Hosti. q̄ inter difficile z facile z piculum z piculuz arbitrabit bonus iudex. ar. j. de spon. de muliere z. j. vt lite nō conte. accedẽs ij. Ego in papa dico obediẽdum etiã si mãdatum sit durum. dum ex certa sciẽtia ꝑcipiat. vt i. c. imemoriam. xix. di. dũmodo nō cõtineat peccatũ vel scãdalũ inde timeatur. vt nō. inno. in. c. inquisitiõi de sen. ex con. z vide io. an. in. c. significauit de offi. ord. z in. c. cum adeo de rescriptis. Nõ z tene mẽti q̄ semel impugnãti ꝑuilegia de falsitate potest ꝑ suptoriz statui certus terminus emptorius ad, pbãdaz falsitatem si in termino nō fecerit imponet ei silẽtiuz in perpetuũ. z sic fertur snīa diffinitiua lite nō cõte. cũ agitur conditiõe. l. diffamari. C. de inge. manu. z vide ꝑ inno. in. c. cõquerẽte de offi. ordi. z in. l. ticia. ff. de accu. z ibi de hoc plene ꝑ Bar. Et hoc, ꝓcedit etiãvbi infamaretur ꝑsona. vt in iuribus ꝑal. Nõ vltimo partem nō cõpellendã ad ostendẽdum originalia in iudicio nec etiam ad ea ibi exhibẽda nisi locus alias sit tutus a ꝑsonaꝝ multitudine. Sufficit ergo q̄ ipa originalia diligẽter inspiciãtur z copia partibus tradatur vel in iudicio exhibeat vbi opus est vt. j. c., proximo. Et vide quod nō. in. c. quoniã ꝯ ō, pba. z i. c. cum in iure de offi. dele. Sed quero quare archiepiscopus nō potest habere secũ tempore inspectionis ꝑuilegioꝝ nisi. xij. homines. respõdet tan. ne violentia monachis inferat z dicit Hosti. q̄ etiam qualitatem istoꝝ. xij. debet iudex arbitrari. debent. n. esse tales de quibus nō sit verisimile q̄ aliquã violẽtiam cõmittant. ar. ff. de offi. ordi. c. vt iuxta. item consulit Hosti. vt iudex prius diligẽter ipsa ꝑuilegia examinet voluat z reuoluat vt cognoscat si nouũ quid accidat. Ego do cõsilium predictuz z vt pars faciat solẽniter exemplari z credo q̄ hoc casu poterit fieri exẽplatio sine partis citatione ex quo timetur de ipsius vel suoꝝ violẽtia. ar. c. quoniã vt lit. non cõte. sed periculo sublato poterit fieri cum solennitatibus debitis. Sed pone q̄ iste archiepiscopus patẽter z violenter [a]. in presentia iudicis litteram ipsaz lacerauit. dicit Hosti. q̄ iudex debet acriter lacerãtem extraordiarie punire. ar. ff. de publica. l. licitatio. §. qõ illicite. z experiri debet talis violẽtus iudicis auctoritatem eluſam. s. pena docẽte. ar. s. ti., pri. puenit. i.

a Vio-
lans litte-
ram seu in-
strumẽtuz
aduersarij
debet pũi-
ri acriter
si facit in p
sentia iudi
cis. et adõ
q̄ ludo. di
cit hoc sin-
gulare in-
suis nō. et
idem dico
si aufert lz
non viola
ret ꝑ tex.
nota. i. l. si
quis id qõ
§. dolī. ff. ō
iur. om. iu.
et adde q̄
istud dam
io. andre.
refert z di
cit nō esse
alibi bal. i
l. i. C. de fi.
instru. Sz
q̄ diuersũ
ius sit z di
uersimoꝺ
puniri de-
beat cozrũ
pes z ausc
res ē opti-
ma glo. in
v. cõditio
relata ad
illũ tex. in
l. argẽtari
us. §. fi. ff.
de edẽ. in
mo vt q̄
subtrahes

istrumẽta aduersario debeat pdere cãz per.l.si de posseſſiõe. C.de,pba. ad qõ viõ ꝙ nõ.post do.an.i.c. pueit el.i. s.ri.i.Sz cõtrariuz facit tex.in l.sub prete xtu. C. de trãſ. Itez adde hic barto.in.l. paulus.ff. de fal. vbi dicit ꝙ q extraxerit bullas de litteris papalibus i cidit in penam falsi itẽ adõ ꝙ pro illa gl. i.d.l. argẽ tarius alle go op.tex. i.l furtum §. si qs radicibus.ff. arbo. furce. Sed in cõtrariuz optime facit tex.i.d. l. paulus. ⁊ in.l.i.§. si quis i rõnib⁹.ff. de fal.⁊ gl. in c. si qs de clicis. xij. q.ij. ⁊ tex. i.l.cum.C. de fal. vbi surripiens vel celans instrm punit.l. cor. de fal. siẽ puniretur falsans ,p quo vide elegãs verbũ bal. in d.l.euz.de notario negãtẽ se fuisse rogatuz qõ dcñ ẽt ponit bal. in l qui accusare. C. de edẽ. Sz illud dcũz singu.limitat io. an. i addi.spe. in ti.de instru.edi.§. instrumentum in pn.

In glo. i. ibi q̄ʒ tūcū q̄ʒ ſit obtēta ꝛ antiq̄. nō bene gl. q̄ cō ſuetudo de q̄ in tex. ē ipreſcriptibilis. ꝛ itellige reſpectu de fectus nobilitatis ꝛ eminētis ſcie. ꝛ ħ iō qꝛ ħ eſt ꝫ boneſta/tē eccleſie apud quā principaliter dʒ ꝓſiderari vite hōeſtas facit. c. cū decoꝛem. ſ. de vi. ꝛ bo. cle. In glo. in v. liberum

ibi sz ꝟ nō assumit libex. sed pōt dici q ēt si assumebant libex ꝓprie ꝓ eo qui caret libertate nulla oritur absurditas q papa ꝟ nō repulit istā exceptionē nec illā ex defectu bōe stalis nī intellect glo. ē bon q nō allegassent ad ꝟ ꝓsuetudinē q de iure cōi nō est ordinādus. vt. s. de ser. nō ordi. per totū. vñ dicūt doc. q loquebāt isti sm vulgare theotonicorum qui in ꝯ busdā locis appellāt liberos eos qui nō sūt alicui dño obnoxij ad aliqō fruitiū seu debitū exhibendū. facē s. de obli. ad rōci. c. vno. In glo. in v. nō multos nō bene hāc glo. primo q paulus z bartholome fuerūt nobiles. alij vo apli ignobiles. Et ex ꝟ infert q oēs indifferēter sūt vocādi ad regimē ecclesie dūmō alis sint sufficientis scie z honeste vite. Quid aūt si in nobili z in plebeio cetera sūt paria qs preferēdus sit an hēat vel dz hīi respectus ad nobilitatē. vide qō dixi in. c. ꝓstituti. el. ij. de ap. post Post z in. c. officij. de elec. Scōo nō ex glo. ibi ad regimē eccīe. q nō solum petrus sz oēs apli fuerūt electi ad regimē ecclesie. vt ē hic tex. z vide. xxi. di. i nouo. z. xix. di. in. c. ita dñs. Et in fi. glo. nō soluit ꝙriū. dic q. c. de multa. nō dicit q defect nobilitatis debeat quē repellere a ꝓmotiōe sz q cū nobilib z litteratis dz dispēsari i pluralitate bñficiox q hñt subire plures sūptus. nā ecclesia dz ꝓuidere cuilibet sm eius īdigentiā. vt plene dixi in. d. c. de multa. In glo. in vbo eminētis in fi. pōdera glo. nā ex ea potes colligere tres q̄litatef scie. Et q̄dam ē eminēs z ista necessario nō requirit in aliq ꝑsona z raro ꝓtingit. Secūda est scia mediocris. Tertia ē sufficiēs. vñ mediocris tz mediū iter eminentē z sufficientē z dicit sufficiēs sm qualitatē ꝑsone z ipsius officij. dz enim bñe talē sciam p quā sciat regere z gubernare officiū sibi cōmissū. z vide p Inno. vbi clarius declarat in. c. cū in cūctis de elec. Et peccat clericus qui defectū patit scie si copia nō excludit eum a studio litteraꝝ. vide p Inno. in dicto. c. cuz in cunctis. z in. c. i. de summa trini. z facit. c. nisi. in fi. de rebus. Nicolaus Abbas.

c **Cum olim** Rescriptuz quo mandat alicui de bñficio ꝓuideri rectoriā vel dignitatē nō includit. vel fic. Si mādat ꝓuideri in ecclesia nō pōt de ecclesia ꝓuideri. ꝑma pars narrat executoris ꝓcessū. scōo reuocari mādat dicens q̄re. ibi cū igit. Casus litteralis. Dominus papa mandauit priori sancte Marie: vt Guil. diacono auctoritate aplica faceret ꝓuideri in aliq ecclesia ciuitatis vel dioc̄esis lucane. dictus prior designauit prefatum Guil. in rectorē ecclesie sancti Petri de vico. in qua per clericos eiusdem ecclesie rector eligi ꝓsueuit: z q clerici nō recipiebant eundē excōicatiōis vinculo inodauit eosdē: significatū fuit dño pape qui respōdēdo dicit cū mādatū apostolicū ad talia se nō extendat nec sit intētio dñi pa. de ꝓferēdo rectoria vel dignitate cū ꝓ simplici bñficio scribit. mādat q̄ten z tz instōnem huiusmodi q̄ excōicationē non tenere denūciet. Ber. Nō primo ibi in aliq ecclesia. q si mādat ꝓuideri in aliq ecclesia nō ꝯcludit rectorat alicui ecclesie sz tātū dz ꝓuideri de bñficio sito in ecclesia. Ex quo collige z tene mēti q aliud ē ꝓuidere in ecclesia z aliud de ecclesia. z vide bo. glo. q̄ allegat istū tex. in cle. i. j. eo. ti. Nō scōo ex principio iūcto fi. q cū mādat ꝓuideri de bñficio intelligit de simplici. nā papa in mādato nō adiecit q̄litatē simplicitatis sed iterpretādo mādatū suū dicit q iussio vr emanasse pro simplici bñficio. z ꝓbat rōne. nā i lris ꝑpetratis ad bñficia debem facere strictā iterpretationē. vt in. c. q̄uis. de ꝓbē. li. vi. Itē maior idoneitas requirit in curato q̄ in simplici iō nisi exp̄sse fiat mētio de cura tā q̄ mādato gnāli nō venit bñficiū curatū. tex. ē nō. in. c. cū in illis. e. ti. z li. Itē nō ibi nra ferat intētio z c. q mandatū pape recipit vires a sua intentiōe semp ergo ꝓcuranda ē mens ꝑncipis. ad ꝟ. c. cū adeo. z. c. sup lris. de rescrip. Nō vltio casū notabilē z q alibi vt credo nō ē ita exp̄ssius q sntia excōicatiōis lata a delegato pape vltra cōprehensa in rescripto delegatiōis ē ipso iure nulla. Et voluerūt q̄dā sumere ex isto tex. ar. q sntia excōicatiōis lata a delegato ꝙ intentionē delegātis ē ipso iure nulla. Ain. cñ in. c. ex insinuatiōe. de rescrip. dixit q q̄dam volēres facere nouā secā dixerūt q ꝓcessus delegati aut ē iniustus aut nullus. si iniustus ēt ꝙ intentionē delegātis et p ꝙns nullus. ar. b. c. sed ꝓfecto illud dcm nec pmū non approbat cōiter a doc. z vt refert hic dñs meus do. car. mf ti doc. ꝓsuluerūt q sntia excōicatiōis lata a delegato ꝙ intēti onē delegātis ēt nulla sz nec sibi nec do. Ant. nec mihi plz ꝟ dcm. nā de intētiōe delegātis nō ē q ferat excōicatio sine monitiōe z cū lata ēt a delegato tz vt nōt Inno. in. c. illud. j. de cle. ex. mi. vide ēt inno. in. c. ꝓ illoz. s. e. vbi dicit q licz sntia excōicatiōis ferat a delegato sine cāe cognitiōe nihilominꝰ tz lz sit iniusta. z gnāliter de ꝓcessu executoz iniusto vide per ino. in. c. ad aures. de rescrip. vbi tz illū tenere. vide ēt pulchr dcm in o. i. c. prudentiā. de of. dele. vbi pl dicit q si delegat fert sntiam ꝙ clam insertā in rescripto concernēte istructionē circa merita cāe nihilominus tz sntia qm regula gnālis bz q sntia lata ꝙ ius litigatoris valet. vñ op est appellare. vt in. c. cū inter. de re iudi. Ad istū tex. dic q excōicatio fuit ꝟ lata excedēdo vires mādati. nā non hēbat ptātē ꝓuidēdi de rectoria seu dignitate iō nō potuit cogere ad obꝑuātiā illius qō nō cadebat sub ptāte sua. z ad ꝟ vltimū nō sp būc tex. Sz q̄ro qd si mandat ꝓuideri in eccīa de bñficio z in illa ecclesia vbi dirigit illud mandatū sūt ꝑbēde z alia bñficia minora nūqd possit ꝓuideri de ꝑbenda doc. hic cōiter dicūt q nō. sz si nō ēent ibi nisi ꝑbēde ne mādatū fit frustratoriū poterit ꝓuideri ō ꝑbēda. arg. c. abbate. j. de vbo. sig. do. Car. dicit q nō vr eē dōia vñ ēt poterit i pmo cāu ꝓuideri de ꝑbēda nihil allegat. sed ego allego z adduco tex. in. c. ꝓ illoz. s. e. vbi simplr fuit mandatū vt ꝓuideret de bñficio z vigore illius mādati fuit ꝓuisū de cānicatu z ꝑbēda sz nihilominus mihi plus placēt dicta doc. q canonia ē lōge honorabilior q̄ aliud bñficiū simplex. vnde canonici dicūt clerici pmi gradus z alij clerici simplr beneficiati dicunt secūdi gradus. vt nōt Inno. in. c. sedes. de rescrip. iō cū in rescripto sit fieda stricta interpretatio debemus in dubio itelligere de beneficio minori. ar. ꝟ z i. c. i. z. ij. de fi. ꝓ by. li. vi. z in. d. c. q̄uis. de prebē. lib. vi. Nec ob. c. ꝓ illoz. q ibi fuit mādatū de bñficio ꝓpetēti. quo casu dicūt hic doc. q cōpetens itelligit sm q̄litatē ꝑsone. vnō si mereꝰ canonicatū poterit ꝓuideri de eo lz in ecclesia sint alia beneficia z lz ipsi nō allegēt. tex. ē nō. in. d. c. ꝓ illoz. Quid aūt si mādat ꝓuideri de beneficio ꝑbendali vl alio nūqd venit bñficiū curatū. qdā cū quibus trāsit Jo. an. tenēt q sic. p illā dictionē vel alio. q̄ si voluerit cōprehendere bñficium curatū. sed moderniores tenēt oppositū z melius. z ꝙ hanc sntiam antiquoz vī tex. rotūdus in. d. c. ꝓ illoz. vbi dr q nisi fiat exp̄sse mētio de cura nō venit bñficiū curatum. Nec ob. dictio alio. nā potius facit p. q regulr dicto alius facit positionē eiusdē q̄litatis cum ꝑcedētibus. vt nō. in. d. c. sedes. dz ergo itelligi mandatū de beneficio ꝑbendali vel alio. s. filii sed curatū nō est file. vt in. d. c. cū in illis. nā maior idoneitas z maior etas requirunt in bñficio curato q̄ in alijs simplicibus. vt dixi in. c. sup inordinata. s. eo.

In gl. i. i fi. nō gl. z idē nō. i. c. accepim. de eta. z q̄li. i gl. penu. z vide qō plene dixi in. c. rodulphus. de rescrip. vbi tetigi an z qñ comitatiui veniunt appellatione ciuū z econuerso. z vī tex. de ciuitate in. c. si ciuitas. de sen. ex. li. vi. vbi ēt bī. Nūquid appellatiōe ciuitatis veniant suburbia. z dr q nō nisi ꝓuisio faciēs mētionē de ciuitate frustraret effectu suo nisi cōprehēderet suburbia. z in ꝟ ē singularis ille tex. z i quo i mā odiosa appellatiōe ciuitatis nō solū venit id qō muris claudit sz ēt suburbia. Et ex ꝟ credere q si statutū dictaret q in ciuitate nō possit exerceri certa ars ad effectū vt ciues sint intenti alijs artibus q nō poterit exerceri in suburbijs q de facili ciues defraudarent dictā legē eūdo ad suburbia. z ꝓ ꝟ facit. c. sup specula. j. de priuile. vbi interdicitur ne leges legantur pīus vel in locis vicinis.

In glo. ij. ibi de cōcess. ꝑben. q cunctis. adde. lib. vi. z de materia huius glo. vide tex. ibi z an executor possit reseruare sibi ꝑmam vacaturā vel aliā z interdicere collatori ordi-

nario ne conferat. vide hodie tex. in. c. executor. ⁊ in. c. si capitulo. de concess. ꝑben. li. vi. ⁊ de executore dato ad cōpellendum vide tex. in. c. si soli. e. ti. li. vi. per quē tex. reprehēditur opi. bꝰ glo. in fi.

De clerico egrotante vel debilitato. Rubrica.

Continuatur ad ꝓcedentia hoc ordine. Supra visum est de clericis non residentibus ⁊ de prebendis non ꝓferēdis eisdem. sed qꝛ dubitari poterat nūquid eis egrotātibꝰ sint ꝓuētus ecclesie subtrahendi merito post precedentia subij cit istam rubricaz.

Cum percussio. Clericus infirmus c integre percipit beneficij sui fructꝰ. b. d. ponit dictū cuius rōnem iterserit ibi qꝛ. Casus lr̄alis. Quidam sacerdos infirmitate detentus nō poterat ecclesie deseruire: ꝓpter quod epꝰ suus subtrahebat ei cōsueta stipēdia sua. sacerdos ꝓquestus ē dño pape. mādat pa. illi epo: qꝫ pp hec ꝓsueta stipendia sua ei nō subtrahat: sed oia sibi que fi sanus esset ꝓcipere posset ministrare debeat. Et qꝛ alij exēplo huiusmodi eēnt deterriti inueniri forte nō posset q vellet ecclesie militare. Ber. Nō primo ibi que ꝓsueta sūt. qꝫ in distributiōibꝰ faciendis attenditur cuiusqꝫ ecclesie ꝓsuetudo. pñt ēt canonici iter se, statuere vt ꝓsuetudinē iducere super q̄litate ⁊ quātitate distributionū ⁊ mō distribuēdi a iure tñ nō iprobato. ⁊ ꝑ hoc bo. gl. i. c. veniēs. de vb. sig. li. vi. ⁊ per ino. in. c. cū ꝓsuetudis. s. de ꝓsue. Nō scdo ibi exēplo deterriti. qꝫ clerici nō debēt inhumaniter tractari ne alij terreant a clericatu. hoc. n. vt turbare statū ecclesiasticū nedū pñtē sz ēt futuꝝ. Et pōt adduci ꝛō multū nō. in ar. qꝫ clericus nō dz ꝑuari bñficio suo fine cā ēt ꝓ romanū pōtificē. nā si exñte infirmitate ⁊ sic ipotētia fuiēdi nō dz subtrahi bñficiū ne exꝛ turbet status ecclesie ergo multo fortius vbi nulla subest cā rōnabilis. papa aūt nō est tolerādus volēs turbare statū ecclesiasticū sine cā rōnabili. vt nō. dicit Inno. in. c. q̄to. de ꝓsue. sed de hoc in disputatōe dicet plenius. Nō ibi militaret ecclesie qꝫ quilibet clericus dī miles dei ⁊ militat in ecclesia. ꝓoꝛ tex. cū glo. xi. q. i. ꝓpianus. xxiij. q. viij. reprehensibile. Ex quo iferꝫ qꝫ quēadmodū nō valet donatio facta ꝓcubine ꝓ militē scī. vt in. l. ij. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ita nec donatio facta ꝓcubine ꝓ clericū cū sit miles celestis ⁊ honorabliorꝫ q̄z secularis miles. xcvi. di. in. c. duo sūt. ⁊ ita disputando tenuit Richar. malūbze. ⁊ sequit Bart. in. l. affectiōis. ff. de dona. ⁊ vide qō nōt Jo. an. in. c. de his. j. de sepul. qō bñ nōbis. ꝓ ꝟ facit glo. nō. q̄ cōiter tenet in. l. miles. ff. de re iudi. q̄ vult qꝫ sicut ꝓ debita miles seculi nō tenet cedere bonis nec pōt cōueniri vltra q̄z facere pōt ita nec miles dei. de ꝟ d. cā plene in. c. odoardus. de sol. ⁊ in. c. ij. ō pign. ⁊ vide aliā glo. in fiñ i. l. stipēdia. C. de excep. rei iudi. q̄ dic qꝫ sicut stipēdia militū nō sūt capiēda ꝓ executione sñie sic nec stipēdia clericoꝝ. Ex his oibꝰ ꝛclude nōbilē regulam qꝫ ꝓuilegia tributa militibꝰ seculi debēt obꝛuari quo ad milites dei. qō intelligo ī casibus in qbus subest eadē rō. ar. c. gnāliter. xvi. q. i. ꝟ dico. qꝛ militi seculari nō iputat ignorātia iuris cū bēat vacare armis. l. i. ⁊ qō ibi nō. C. de iuris ⁊ fac. igno. ⁊ nō. i. q. iiij. in. §. notādū. sz militi dei nō ex toto ꝓceret cū ipsi possint itēdere scie ⁊ studio lr̄aꝝ. de quo vidē qō nō. in regula ignorātia. li. vi. Nō ibi q̄ cū qꝫ ei si sanus eēt ⁊ c. qꝫ clerico egrotāti nihil ē subtrahēdū de his q̄ ꝓsueuit ꝓcipe in sanitate. ifirmitas ergo fingit eū residere ⁊ interesse diuinis. ⁊ itellige ꝟ qñ ifirmitas ē cā imediata nō deseruiēdi. nā si ꝑus nō residebat ifirmitas supueniēs nō tñ excusat eū. vt dicūt ꝟ doc. ⁊ bñ. ⁊ latiꝰ dixi in. c. ad audientiā de cle. nō resi. nā casus supueniēs recipit declarationē ꝑm statū ꝓcedētē. vt in. c. maiores. j. de bap. Nō vltio ibi exiguitate. qꝫ de oī distributiōe ꝓuētuū ecclesie seu q̄litercunqꝫ occurrētiū dz infirmus bñe portionē quā solitus erat ꝓcipere tpe sanitatis q̄ tūcū qꝫ talis portio sit exigua ⁊ modica. ⁊ hodie clarius ꝓuisum ē in distributōibus quotidianis vt egroto nō denegēt. de cle. nō resi. c. vno. li. vi. Sed ꝛ hūc tex. facit ꝓncipiū. c. vbi narrat qꝫ iste canonicus iuit ꝓsonaliter ad papā ergo nō erat morbo detentus. So. poterat eē talis ifirmitas q̄ ipediebat deseruire ecclesie nō āt ābulare qꝛ forte amiserat offiñ lingue. In glo. fi. ibi pascē di sūt ⁊ c. nō bñ glo. qꝫ dñs tenet pascere famulos suos tpe ifirmitatis. Sz dubitat nūquid teneat ad oēs impēsas. forte. n. eget magna cura ⁊ diuturna ⁊ in medicis ē exponē da magna quātitas pecunie. de hac qōne. vide ꝑ Bar. i. l. si cū dotē. §. finaūt. ff. so. ma. ⁊ in. l. in rebus. ff. cōmo. ⁊ cōcludit qꝫ ad magnas expensas nō tenet. ar. illius. l. i reb. qō itellige rōne famulatus. sz alia rōne qꝛ. primꝰ si ille nō bēat vñ sibi subuēiat pōt iplorare offiñ iudicis ꝛ eū vt sibi subueniat si ē soluēdo ⁊ idē pōt facere paup ꝛ quēcūqꝫ diuitē. vide tex. cū glo. nō. xlvij. di. in. c. sicut. facit. c. pasce. lx. xxvi. di. ⁊ maxie epi tenent subuenire paupibꝰ ⁊ bis q non pñt manibꝰ laborare. lxxxij. di. i. c. i. xij. q. i. in. c. videntes.

An aūt famulo infirmo debeat salariū. cōiter tenet qꝫ nō qꝛ casus ꝓtingēs in ꝑsonā illius qui locabat opas suas liberat cōductorē a ꝑstatiōe mercedis. l. si vno. §. itē cū quid ⁊ qō ibi nō. ff. locati. ⁊ nō. in. d. l. in rebus. ꝟ tñ limita quādo salariū debet alicui rōne ꝑsone sue dūtaxat. secus aūt si dat sibi ēt ex ꝓcēplatiōe alioꝝ vt dat ptāti. bz enī soluere suis iudicibꝰ ⁊ alijs famulis de quoꝝ obligatiōe nō liberatur ꝑ mortē. vñ cū heredes defūcti teneant illis soluere ex quo ꝛducti sūt ita ⁊ ptās pōt petere salariū ab eo qui eū cōduxit. de quo dicendū vt plene nō. in. l. diē fūcto. ff. ō of. assess. Quid aūt in doctore ⁊ aduocato qui decesserūt non finita ꝛducta seu cā aduocatiōis nūquid eoꝝ heres debeat hīe salariū totius tpis an ꝛo tenet ꝓ rata seruitij seu tēporis. dic vt nō. ꝑ glo. ⁊ Bar. in. l. i. ff. de varijs ⁊ extraordina. cognitio. ⁊ vid aliqs rōes bar. ī. d. l. diē fūcto. ⁊ ad māz vide Inno. i. c. ꝓpter sterilitatē. j. de locato.

Presbiterū. Presbyter cui medietas p palme cum duobus digitis est abscisa missā non celebrat sed ceteris sacerdotalibus fungi pōt. h. d. ꝓmo. ꝓhibet ⁊ cāz reddit. scdo. ꝓmittit ibi ipm. Casus lr̄alis. Quidā sacerdos amiserat suos digitos cū medietate palme ꝑ quēdam predonē abscisos. Epꝰ illius quesiuit vtꝝ deberet ꝓmitti celebrare missā. dicit papa qꝫ nō ꝓmittat eū celebrare: quia nec ꝓpter debilitatē secure: nec sine scādalo ꝓp deformitatē ꝛ celebrare in alijs sacerdotalibus officijs ꝓmittat ipz celebrare. Ber. Nō primo bonā regulā ad cognoscendū an ⁊ qñ clerico ifirmo seu debilitato sit interdicēdū officiū sacerdotale vel ipsius ꝑs. sufficit. n. oīs cā q̄ reddit ipz debilē ad exercēdū illud officiū vel deformē. nā tūc ꝓp scādalū ⁊ ꝓmo casu ꝓp debilitatē est sibi interdicendū illud officiū in loco quo dicte cāe seu altera eaꝝ ꝛcurrit. Nō qꝫ sola deformitas sufficit. ⁊ facit ꝑ dicto notabili glo. in. c. fi. quis. l. di. q̄ dicit qꝫ si clericus est adeo claudus qꝫ negt ascēdere ad altare sine baculo nō est ꝓmittendus celebrare secus qñ aliter eēt claudus. ⁊ vide ad mām qō le. ⁊ nō. in. c. ij s. de corpo. vitia. Ultio nō qꝫ deformitas vel debilitas ñ reddit clericū irregularē sz tm̄ reddit ipotētē ⁊ inhabilē respectu illius officij in quo ꝑdicta ꝛcurrūt. In glo. i. in fi. de ꝟ in regula factū legitime de reg. iur. li. vi. ⁊ dic qꝫ casus ꝟ supueniēs nō facit ac si ab initio actꝰ nō valuerit sz solum ipedit exercitiū q̄tenus viget impedimentū ⁊ c. Abbas.

Et rectoribus. Si rector ecclesie d sit leprosus dandꝰ est ei coadiutor. h. d. scda ibi hoc. Casus lr̄alis Dr̄ in hac decretali qꝫ leprosi nō debēt nec pñt ministrare altari ꝓpter scandalū alioꝝ qui sani sunt: sz dādus est illis coadiutor: qui habeat curaz aīaꝝ ⁊ de facultatibus ecclesie habeat suam portionē vnde possit sustentari. Ber. Nō primo qꝫ morbus lepre est impedimētū sufficiēs vt rectori seu ꝑlato deē coadiutor q bēat curā aīaꝝ. Et nō

q̄ iſte coadiutor põt dari per inferiorẽ pape nam ſpāle eſt in ep̄is ⁊ p̄latis ſuperioribus. vt eis iuuis nõ deſ coadiutor niſi p̄ romanũ põtificẽ. vt in.c. vno. eo.ti.li.vi. Alijs põt q̄ ſuperior ꝓprius coadiutorẽ deputare arguẽdo ibi p̄ locum a ſpāli. ⁊ ꝓ ħ tex. in.c.ſe. ⁊.c.fi. Nõ ibi eccleſias ingredi. ar. bonũ q̄ leproſo põt interdici ingreſſus eccleſie cũ ñ põt ingredi ſine ſcādalo alior. Et ſic nõ q̄ ſcādalũ ẽ ſufficiẽs cā q̄ quis p̄iuet iure ſuo qõ ꝓcedit vbi illud ſine pctõ fieri vel omitti põt. vt in.c.ij.de no. ope. nũc. Nõ q̄ clerico ꝓ hibet acceſſus ad eccleſiam ſuā ꝓpter lepr̄ā nõ ſic ꝓtingit i ꝓiuge carnali. nā ſibi inuito nõ ẽ ſubtrabẽda vxor nec eꝫ maritus vxori. j. de ꝓiu. lepro. p̄ totũ. Ex quo potes colli gere arg. q̄ fortior ẽ obligatio inter maritũ ⁊ vxorẽ q̄ꝫ inter p̄latũ ⁊ eccleſiam. Ex quo vī q̄ vinculũ ꝓiugis carnalis ſit fortius q̄ꝫ ꝓiugis ſpũalis. Ultimo nõ q̄ coadiutor dꝫ vi uere de facultatibus eccleſie ⁊ inde recipe ꝓgruã portionẽ.

Sꝫ ħ inſurgit qõ nõbilis ⁊ quotidiana qd ſi redditus ec cleſie nõ ſufficiũt coadiutori ⁊ p̄lato egrotāti. Glo. ſi. tꝫ q̄ eſt ꝓuidẽdũ p̄rio coadiutori ⁊ p̄lato infirmo ꝓuidebit epſ all. lxxxij. di. in. §. i. ⁊.c.i. Illa tñ iura ħ nõ ꝓbāt ſꝫ tm̄ faci unt in ar. in eis. n. dī q̄ eps dꝫ ꝓuidere paupibus ⁊ bis q manib⁹ laborare nõ p̄ſt. ⁊ forte ob hoc Ain. tenuit ħ ꝓriũ dicẽs q̄ infirmo ſubueniẽdũ ẽ in loco. xviij. q. ij. in.c.i nul lo. ſed illud.c. nõ loquit in ħ caſu. Do. car. refert ſe ꝓſuluiſ ſe ꝓ hanc glo. ⁊ cõcludit q̄ p̄mo ſubueniẽdũ eſt p̄lato infir mo ⁊ coadiutori ſubueniat̄ p̄ epm vel pochianos. mot⁹ qꝛ p̄latus infirmus cenſet̄ deſeruire. vt in.c.i.ſ. eo. ergo cītā/ q̄ꝫ digniori ſubueniẽdũ eſt. Itẽ facit tex. in fi. duꝫ ꝓgruam portionẽ mādat dari coadiutori ergo prelato infirmo relin quit̄ ceteri ꝓuentus ⁊ ſic p̄latus infirmus vī hic potior: Sꝫ ꝓ hāc ſecũdā ꝓſiderationẽ ſuā ⁊ ꝓ hũc tex. adduco tex. c. ſe. vbi mādat̄ vt neceſſaria dūtaxat denī firmo ergo reli qua ſūt in diſpone coadiutoris. Et ex ħ inſurgit aliud du biũ nõ tactum hic p̄ doc. videlꝫ qs dꝫ hr̄e diſpōnem reddi tuũ eccleſie. nā iſte tex. facit q̄ p̄latus infirmus. in ꝓriũ fac c. ſe. Ego ſic diſtinguerẽ q̄ aut infirmitas ī pedit admīſtra tionẽ in tpalibus ⁊ ſpũalibus. ⁊ tũc coadiutor hꝫ admini ſtrationẽ in vtriſq̄ ⁊ dꝫ dare ꝓgruã portionẽ infirmo ⁊ cõ gruã retinere ꝓ ſe ⁊ reliquos fructus cõuertere in vtilitatẽ eccleſie ſeu diſpẽſare ſicut tenet̄ bonus rector. ⁊ ſic põt in telligi tex. ſequens. ⁊ facit. c. penul. de cle. nõ reſi. ⁊.c. puēit de appel. ⁊ qõ in mā coadiutoris dicā in.c. fi. aut ī firmitas ſolũ reddit ī potentẽ in ſpũalibus ⁊ tũc cũ officiũ coadiuto ris ſe ñ extẽdat ad tpalia p̄latus p̄cipit oēs reddit⁹ ⁊ dabit ꝓgruã portionẽ coadiutori. ħ caſu ꝓcedit iſte tex. nā põde ra q̄ ſolum daſ hic coadiutor cure aiar. Quid aūt ſi red ditus vtriq̄ nõ ſufficiāt. attingendo p̄ncipalẽ q̄ſtionẽ ſatis põt teneri ex q̄dā bona equitate vt p̄latus ī ferat̄ ⁊ ad ꝓuidendũ coadiutori ꝓpellant̄ parochiani. ꝓ ħ vide bo. glo. in fili de ꝓſe. di. i. in.c. oīs xp̄ianus. ⁊ qõ nõ. in.c. ō bis. j. de ec. edi. in q̄bus iuribus nõ. q̄ ſi p̄ſbyter non põt ꝓgrue viuere ex redditib⁹ eccleſie p̄ſit parochiāi ꝓpelli ad ſubueniẽdũ ſibi qõ ego intelligo q̄ñ ſacerdos aliter viuere nõ põt alſ aūt tenet̄ ꝓpria induſtria victũ q̄rere ⁊ ī putādũ eſt ſibi q̄ beneficiũ exiguũ acceptauit. xci. di. clericuſ victũ ⁊.c.i. de cele. miſ. ꝓ hoc facit qõ nõ. doc. in.c. ex p̄ritiũ. j. de pig. vbi notabiliter ſentiũt doc. ⁊ p̄ncipaliter Jo. an. q̄ ēt res eccleſie põt p̄latus pignorare ꝓ ſua ſuſtētatiõe ſi aliter viuere nõ põt. facit. c. aurũ. xij. q. ij. Et ad deciſionẽ p̄ncipa lẽ bñ facit rõ. c. i. ſ. c. ne alij terreant̄ a clericatu videt̄ cleri cos deſeri tpe infirmitatis. In glo. in ỽ. curā. ħ glo. colli/ git ar. q̄ coadiutor ſit p̄latus. Et põt elici ar. q̄ p̄lat⁹ dī q̄ſi añ lat⁹. i. alijs ꝓpoſitus ſed iſte coadiutor deputat̄ ad curā aiar exercēdā ergo eſt p̄latus. Sꝫ glo. ſi. in fi. colligit arg. in ꝓriũ. ⁊ põt argumētari ħ mõ coadiutor hꝫ hic ſolũ vnaꝫ portionẽ ex redditib⁹ eccleſie ergo nõ ẽ p̄latus q̄ p̄lat⁹ hꝫ liberā adminiſtrationẽ oīum redditũ. vt in.c. cũ nobis. in fi. ſ. de ele. veritas eſt q̄ coadiutor nõ eſt p̄latus ſꝫ ſolũ hꝫ exercitiũ cure. vī ius p̄lature ⁊ cura ī habitu reſidēt penes infirmũ vt ſatis ꝓbat̄ in.c. vno. §. fi. e. ti. li. vi. Itẽ ꝓbat di

nerſitas vocabuloꝝ. nā ſi eſſet p̄latus non diceret̄ coadiu tor. in. l. ſi idem. C. de codicill. vbi dicit q̄ teſtamentũ ⁊ co dicillus non ſunt idẽ alſ quare eſſent diuerſa vocabula. et hic non ſunt alia. Nicolaus.

t **Ua nos.** Si rector eccleſie ſit lepr̄oſus ab adminiſtratiõis officio re/ mouet̄ ſed de bonis eccleſie ſuſtētat̄. ſcõa ibi di cimus Caſus litteralis. Quidã ſacerdos diui no iudicio fuit lepr̄a p̄cuſſus. querebat̄ an ꝓpter hoc debe ret remoueri ab officio p̄lationis. Rñdet papa q̄ remoue ri dꝫ ab adminiſtratiõe ꝓpter ſcandalũ ⁊ abhominationeꝫ populi ita tamẽ q̄ neceſſaria ſm facultates eccleſie ſibi dũ vixerit miniſtrent̄. Ber. Nõ p̄mo ibi diuino iudicio q̄ ñq̄ꝫ corporis infirmitas ſeu morb⁹ ꝓuenit diuino iudicio ꝓ p̄tā boīum. ad ħ vide qõ nõ. in.c. cũ infirmitas. j. ō pe. ⁊ remiſ. ⁊ ibi dixi. ⁊ in.c. cũ p̄cuſſio. vij. q. i. Nõ ſcõo ibi p̄ lationis officio. q̄ rector eccleſie parochialis põt dici p̄la/ tus. ⁊ in ħ tene mēti iſtũ tex. Sepe. n. būc ad ħ ſoleo allega re. eſt. n. p̄latus in foro pñali ⁊ intellige q̄ eſt p̄latus largo ſūpto vocabulo. ſtricto aūt nõ dr̄ p̄latus vt nõ. Pau. ī cle. dudũ de ſepul. ⁊ facit qõ nõ. in.c. ij. de iudi. ⁊ ibi dixi. nam ꝓprie babẽs iuriſditionẽ poteſt dici p̄latus. ⁊ facit qõ hēt̄ in.c.i. de eta. ⁊ q̄li. Nõ ibi q̄ ꝓ ſcādalo ⁊ abhoīatiõe ⁊c. q̄ ꝓ bonũ publicũ põt quis remoueri ab eccleſia ſua licꝫ nulla cauſa ex culpa ſua ꝓuenerit. ꝓ ħ qõ nõt Jnno. in.c. niſi cũ p̄ridẽ. de renũc. ⁊ Jo. an. in regula qõ ob grām. de reg. iur. li. vi. in mercu. ⁊ hoc nõbile eſt vex ex ſe vt ex toto poſſit remoueri ob hac cauſam ſed ratione infirmitatis nõ videtur hoc ꝓcedere vt ex toto remoueatur. ar. hic in fi. ⁊ ī c. precedenti. ⁊ de boc. j. cum glo. Ultimo nõ q̄ incidẽs in infirmitatẽ ꝓpetuã ſuſtētanduſ eſt de redditibus eccleſie ſue vnde nõ dꝫ deſeri tpe infirmitatis. Et nota q̄ alimenta ſunt ſibi exhibẽda iurta facultates eccleſie. facit. l. cũ alimẽ ta. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. In glo. in ver. adminiſtra/ tõis ibi ⁊ dādus ẽ huic coadiutor. ⁊ p̄ima opi. vī verior ⁊ cõior per. c. ſ. pri. qõ loqtur de morbo lepre ⁊ tamẽ ſolum ꝓuidet de coadiutore. Nec ob. iſte tex. dũ dixit eũ remouẽ dũ ab adminiſtratõis officio qꝛ dꝫ remoueri quo ad exerci tiũ ſed ius p̄lature remanebit penes eũ. nā p̄ hanc ꝓuiſio nẽ ꝓuidet̄ infirmo ⁊ populo. vt in.c. ſe. in fi. Hoſti. tñ diſtin guebat inter epm ⁊ inferiorẽ p̄latũ vt epo deſ coadiutor vt in.c. ſe. alter vo remoueatur. ſꝫ Jo. an. ⁊ cõiter alij ſequẽ tes tenēt p̄rimũ dictũ indiſtincte. nā videmus q̄ ꝓ morbũ lepre nõ diſſoluitur matrimoniũ carnale ſꝫ nõ poſſit ibi ꝓ uideri de coadiutore multo fortius nõ dꝫ diſſolui ſpũale in quo põt ꝓuideri per coadiutorẽ. Itẽ poſſet ꝓtingere q̄ ſal tẽ diuino miraculo iſte liberaret̄ ab infirmitate ⁊ ſi ſubſtitu tus nõ poſſet remoueri inde remaneret iſte p̄riuat⁹ ſine cul pa ſua. Cõclude ergo q̄ aut nõ põt quis adminiſtrare ſine ſcādalo populi põt tñ retinere ius p̄lature ⁊ tũc ꝓuidebi tur ꝓ datiõem coadiutoris. q̄ñq̄ꝫ nõ põt retinere ēt ius pre/ lature ſine ſcādalo vt qꝛ ẽ exoſus populo ꝓ delictũ forte ſi bi imputatũ ⁊ poterit tũc remoueri. ſꝫ dꝫ ſuperior ſibi ꝓuide re de bono cābio. vt nõ. dicit Jnno. in.c. niſi cũ p̄ridẽ de re nũc. ⁊. ſ. tetigi. ⁊ vide ad intellectũ hui⁹.c. qõ dixi in prece/ dēti. Põt tñ ſm aliā lec. glo. colligi ex tex. alia practica vt i firmo ꝓſentiente alius ſubſtituatur in totũ ſꝫ ſuperior decer/ nat egrotāti alimēta q̄ꝫ diu vixerit. ⁊ poterit ħ fieri ſine pec/ cato cũ boc nõ ꝓcedat ex pactõe inter ſubſtitutũ ⁊ egrotā/ tẽ ſed ex diſpōne iuris ⁊ ſuperioris. ⁊ intellige q̄ñ infirmitas ẽ ꝓpetua. de quo dicet̄. j. in.c. fi. Abbas.

c **Ex parte.** Epiſcopo qui ꝓ morbũ in/ curabilẽ paſtorale officiuꝫ ex ercere nõ põt dādus ẽ coadiutor. Sūt due par tes. Secũda ibi vex. Caſus litteralis. Eps auraſiẽſis graui morbo ⁊ incurabili fere ꝓ quadrienniũ la/ borauit ita q̄ officiũ epale exercere nõ poterat ꝓ qõ ciues illi⁹ terre petebāt ab archiepo arelatẽſi. metropolitano ſuo inſtāter vt eis ſuper boc ꝓuideret. archieps ſignificauit boc dño pape qui rñdet q̄ nõ põt illũ ad renũciandũ cõpellere

nec addēda ē afflictis afflictio: sed ē ei potius miserāduz cū ille in officio suo laudabilr se habuerit. vnde papa volēs tā ępo qz eccle puidere mādat archiepo vt det illi coadiutorē viz puidū ⁊ honestū p quē tā epo qz populo vtiliter ꝓsulatur. Ber. Nō primo ibi īcurabili morbo. ar. q nō ꝓp quēlibet morbū dādus est ei coadiutor sz dz eē incurabilis ad hoc. c. vnicū. eo. ti. li. vi. ⁊ nō in. c. se. Nō scdo ibi pncipes ⁊c. q pnciparus terre ⁊ ciues ciuitatis nō pñt puidere de coadiutore sz pñt supplicare supiori vt supior eis puideat de plato. Itē nō ibi nec possis nec debeas. q q̄dā possumus q̄ nō debem⁹. q̄dā vo nō possum⁹ nec debem⁹ quedā possumus ⁊ debemus. nā multa pōt papa q facere nō dz cū indicari ab alio regulr non possit. ad h. ix. q. iij. c. alioz. ⁊ c. nemo. Nō q metropolitanus nō pōt puidere suffragāeo ꝰ coadiutorē. spectat. n. hoc ad solū papā i epis ⁊ supioribus. de quo dic vt habet plene in. c. vno. eo. ti. li. vi. Alio nō q p datōz coadiutoris puidebit ppio egro tanti. nā puidet populo qz bz exercere officiuz egrotātis. puidet infirmo tū qz coadiuuat eū in officio suo. tū qz non remouet a platura. Sed hic dubitat p doc. nūquid electꝰ ⁊ confirmatus nōdū cōsecratus sit remouēdus ex toto ꝓpter morbū incurabilē supueniētē. Ar. tenuit h q sic cū iste ad huc nō bz plenū ius cū restet cōsecratiōis munus a quo removeri pōt p exceptionē. vt in. c. sup his. j. de accu. sz cōtrū ipse sentit inc. fi. de corpo. vitia. motus p. c. cū in cunctis. ē. de elec. in. §. h sane. vbi pz q si pp infirmitatē nō pōt quis pmoueri ad ordinē requisitū nō dz a bñficio remoueri. et dicit hic Jo. an. q forte illud dictū itellerit in nō epo istud i epo. ⁊ vī placere do. Ar. vt iste remoueat. Ego dubito p c. ij. de transla. pla. vbi dī q cōsecratio nō addit ad vinculū cōiugale. vñ ex quo fine culpa pmoueri nō pōt idignū ē vt remoueat. vt in. d. §. hoc sane. secus si culpa sua incidisset i īfirmitatē. ar. c. i. de eta. ⁊ q̄li. In glo. fi. ibi pastoralis. Et de h vide q ibi nō. gl. ⁊ vide gl. i v. voluerūt. i. d. c. vno. li. vi. vbi plene habet de coadiutore epi. Abbas.

Consultationibus.

c Breue ē ⁊ nō summat. Nō q in dignitatibus inferioribus prouidēdū ē p dationē coadiutoz. ⁊ itellige vbi archi. bēret multa explicare. nā in quibusdā locis multū adiuuat officiū epi iō appellat oculus epi. in. c. i. de offi. archi. ⁊ vt habeat mā coadiutoris querā post doc. Et pmo qd sit coadiutor. Dic q is qui dat ex cā iure vel iudicis auctoritate ad coadiuuādū officiū presidentis. Et dī coadiutor a coadiuuādo sicut tutor a tuendo ⁊ curator a curando.

Scdo qrit qlis dz eē coadiutor. dic q dz ꝓsiderari offm ad qd deputat. fi. n. ꝰputat i tpalibus tm tūc dz eē puidꝰ ⁊ discretus ita vt tpalia bñ sciat regere ⁊ gubernare. si vo dat in spūalibus. puta ad curā aiaz tūc dz bz sciam p quā sciat populū regere ⁊ alꝰ sit discretus ⁊ honestus. Et in summa pōt dici q bz requisita ad illud officiū in quo deputat coadiutor. iō si dat regi dz esse magnanimꝰ ⁊ potēs, put bī in. c. grādi. de sup. neg. pla. li. vi. Tertio qrit cuiꝰ etatis eē debeat. cōiter ꝓcludit q dz esse illius etatis q requirit i admīstratiōe illius officij. vñ si dat curator dz bz. xxv. annos. ⁊ videt expssum in. c. nemo deinceps. de elec. lib. vi. si dat epo dz cōpleuisse. xxx. ānū qz bāc etatē dz bz eps. vt in. c. cū in cūctis. de elec. dicit tñ Jo. an. ꝰ hoc vltimo se dubitare ⁊ ita trāsit. Ego dicerē q aut deputat epo i tpalibꝰ dūtaxat ⁊ vī sufficere q habeat. xxv. annos qz illa etas est pfecta quo ad administrationē tpalē. nā in tali etate pōt eē tutor ⁊ curator ⁊ pcurator. l. fi. de legi. ture. in. c. qui gnāliter de pcura. li. vi. sed si deputat in spūalibus tūc posset pcedere pmū dictū vt requirat. xxx. annus qz illa etas est multū matura q requiri dz in administratiōe officij epalis cum multa ardua acturus sit. Et aduerte qz si nō est eps nō poterit exercere pōtificalia sz iurisditionez epalem tm. Si vo alꝰ est eps poterit hec exercere. ar. c. aqua. de ꝓsecra. ec. vt alta. Quarto dubitat nūquid laicus possit deputari coadiutor. ⁊ cōiter tenet q deputari nō pōt illi officio cui pesse noie pprio nō pōt sz officio cuiꝰ est capax poterit coadiutor deputari. vñ pōt eē coadiutor regis vel pncipis. vt i. d. c. grādi. sed nō pōt eē coadiutor clerici in spūalibus qz laicus spūalia administrare nō pōt. vt in. c. ij. de iudi. nec i tēporalibus qz nō dz eē laicus gnālis administrator ecclesie lxxxix. di. indicatū dixi in. d. c. ij. puto tamē q papa posset eū deputare coadiutorē etiā in spūalibus. nā pōt dare laico potestatē exercitādi. vt nō. glo. xxxij. q. i. verū. in. c. bñ qdē xcvi. di. ⁊ cōmittere cām spūalē. vt nō. in. d. c. ij. sed ea q cōpetūt soli sacerdoti vt ē cōfectio eucharistie nō pōt papa cōmittere laico. vt dicit glo. nō. i. c. puēit. xcv. di. qz deus hoc cōmisit solis sacerdotibus. in. c. i. in. §. vna. ē. de sacra vnc. vnde sz papa sit solutus legibus suis nō tñ est solutus lege diuina. xxv. q. i. in. c. sunt quidā. ⁊ vide qō dixi in. c. significasti. de so. cōpe. vbi tenui nūquid papa teneat ꝓfiteri pctā sua ita vt ꝓstitutio. c. ois. de peni. ⁊ remis. eū liget. Quinto queritꝰ nūquid femina possit deputari masculo vel econtra. aut femina femine. Ad pmū cōiter tenet q nō. tū quia femina nō dz se īmiscere cenbus virorꝫ. in. c. mulieres. de iudi. li. vi. tū qz istud officiū ē virile qō nō cadit in feminam. i. c. dilecti. de arbi. masculus aūt nō videt posse deputari femine ꝓpter pmā rōnē. sed femina femine pōt deputari in officio i quo pōt esse ipsa pncipalis. vñ monialis pōt ꝰputari in coadiutricē abbatisse seu porisse cū possit eē abbatissa seu porissa. nā hoc casu istud officiū nō est virile cū cadat in muliere. Dubitat ⁊ sexto ꝰ religioso nūquid possit deputari coadiutor ⁊ cōiter vī q pōt deputari illi officio cui pesse pōt pncipaliter ⁊ sic pōt eē coadiutor epi abbatis et rectoris curati. Nec ob. si dicat q hoc officiū nō ē ppetuū qz mortuo plato ciuiliter vel nāliter est extinctū offm suum ⁊ sic cū nō definat eē claustralis ⁊ sub obediētia sui abbatis nō vī q possit pmoueri cū nō bēat velle sed depēdet a volūtate abbatis. xij. q. i. nolo. Jo. an. hoc nō obstāte sz pmū ⁊ cōiter oēs doc. dant simile. nā videmus q pmouent ad vicariatū alicuius epi qō quidē officiū est tēporale. iuxta nō. in. cle. ⁊ si pncipalis. de rescrip. Est. n. hoc officiū curatum ⁊ ordinariū. ad hoc. c. ex frequētibus. j. ti. i. Nec ob. sm eū obiectū ꝓtemplatiōis. nā tolerant ꝓpter bonū publicū seu maius bonū. nā ociū monachale nō ē pferendum necessitati ecclesie. vt dicit tex. xvi. q. i. c. vos. ⁊ c. qui vere. Nec ob. defectus pprie volūtatis qz supplet per īniaz sui superioris. ⁊ p hoc optime facit tex. in. c. ij. de testa. li. vi. vbi deputat executor testamēti cū īnia sui superioris. illi aūt officio cui pesse nō pōt pncipaliter nō pōt coadiutor deputari

Altio quero p quē dz deputari coadiutor. cōiter tenetur q in epis ⁊ superioribus deputatio spectat solū ad papam. ⁊ hoc est clax vt pz. in. c. vno palle. In alijs cura epm spectat ad eū qui pōt platū inuitū destituere seu ipsius cessiōnē admittere. nā quēadmoduz solus papa deponit episcopos ⁊ superiores ita ⁊ ipse solus coadiutorē dare potest secus in alijs cū possit destitui p alios cura papam. Sed nō qz doc. sentiunt ex his vbis q si collatio beneficij spectat ad prelatuz inferiorē epo q datio coadiutoris ptinebit ad epm qz bñs collationē tm nō pōt inuitū destituere nec admittere renunciationē. iuxta nō. in cle. vnica. de renun. ⁊ intellige nisi bñficiū illud pleno iure eēt subiectū illi plato inferiori. nā tunc ille est quasi eps respectu illius bñficij. vt in c. vnico. de capel. mo. li. vi. Abbas.

De institutionibus. Rubrica.

Continuatur ad precedentia. Supra visum est de collatione prebendarum sed quia parum est conferre nisi sequatur institutio ideo subijcitur hec rubrica de institutionibus vel aliter ⁊ sic. Quia dubitari posset ad quem pertinet collatio seu institutio prebendarum ⁊ beneficiorum ideo post rubricam de prebendis subijcit hanc rubricam.

Non amplius.

Numer⁹ clericoꝝ debet institui in ecclesijs collegiatis ꝑm facultatẽ ipsaꝝ.b.d. Nõ ꝓmo q; ī ecclesijs vbi numerus non ẽ determinatus succedit q̃dam iuris determinatio vt tot recipiant quot pñt sine penuria exreddit⁹ ecclesie sustẽtari. ⁊ tene mẽti istũ tex. qz quotidie allegaꝝ. Et colligebonã practicã ꝯ ꝓlatos q intuitu auaricie nolũt instituere multos monachos vel clericos in ecclesia. nã pñt cõpelli ꝑ superiores eoꝝ vt tot ponãt quot pñt ỏ redditibus ecclesie sustẽtari. Et nõ tradas obliuioni hoc ⁊ itelligeq; ẽt habeaꝝ respectus ad alia onera ecclesie nã ex redditibus ecclesie nõ solum clerici sunt pascẽdi sz ipsa ecclesia ẽ repãda ⁊ hospitalitas soluta tenẽda. in.c. pastoralis. de bis q̃ fiunt a prela. ⁊ in.c. de monachis. s̃. de prebẽ. cũ si. Nõ secũdo ar. q; appellatiõe clericoꝝ seu ecclesiaꝝ nõ veniunt monachi seu ipsoꝝ monasteria. qỏ verũ est in stricta significatiõe alꝫ secus. vide glo. in.c. iij. de sup. neg. pla. Nõ ibi absq; penuria. satis enī est q; sine penuria ibi eẽ pñt lz nõ cõmode. nãsepe põt quis sine penuria viuere cũ .xl. florenis sed nõ cõmode vide ad hoc bo. glo. in.c.i. de sta. reg. li. vi. in fine ⁊ hodie ibi determinaꝝ in monasterijs monialiũ vt non teneat receptio fcã vltra q̃z suppetãt facultates monasterij.

Altio potes colligere exceptionẽ ꝓponẽdã ꝯ ipetrantẽ in ecclesijs nõ numeratis vt qz redditus ecclesie nõ sufficiunt ad tantũ numeꝝ supportandũ. ⁊ facit. c.fi. de ꝓsump.

In glo. ibi a numero ꝓsueto. Aduerte nã hec glo. ꝓcedit in ecclesia in qua est certus numerus canonicoꝝ quo casu ꝓp modicũ augumentũ non dz alterari numerus. ⁊ dicit Ain. q; augumẽtũ tenet diuidere in alias prebẽdas. Do. an. dicit q; cedit cõi mense. Sz tu ꝓfidera q; q̃z augũ tant redditus prebẽdaꝝ distinctaꝝ ⁊ tũc augumẽtũ cedit ꝑbende que augumẽtaꝝ iuxta nõ. ī. c. cum. ff. de consti. q̃z ꝑbẽde nõ sunt distincte sed oĩa bona sũt cõia ⁊ in fi. ãi redditus diuidũt inter canonicos ⁊ tũc ꝓcedit dictum Ain. q̃z vltra ꝑbẽdas distinctas augumentant cõia bona capituli. ⁊ ꝓcedit dictũ do. An. sed in casu. c. nostri tot sunt ponẽdi quot ꝯgrue pñt sustẽtari. nã iste tex. loquit in ecclesia nõ numerata. vnde tũc aduertendũ q; vbi reddit⁹ multũ excrescũt põt numerus ꝓsuetus augumentari. vt in glo. nõ tñ est fractus ipso iure. vt in.c. fi. de vb. sig. ⁊ dic vt plene nõ. in. d.c. cum. ff.

In ecclesia.

Laici in canonicos nõ pñt istitui. ꝓmo decise narrat factũ. scõo ꝓuidet ibi cũ laici. Casus lr̃alis In quadã ecclesia erat cõiter certus numerus canonicoꝝ. tandẽ vacauerũt ibi quedã ꝑbẽde. in eadẽ ecclesia quidã laici erãt intitulati q̃rebaꝝ vtꝫ tales laici debe/rent cõputari in numero clericoꝝ: vt numerus reputaret plenus. Rñdet papa q; laici nõ debẽt in clericoꝝ numero ꝓputari nec differãt numerũ canonicoꝝ adimplere de ꝑsonis idoneis: ⁊ tales assumendi sunt per quos ī diuinis deo ꝯgrue valeat deseruiri. Ber. Nõ ꝓmo ibi istituere curabis. q; alius citra papã põt statuere numeꝝ canonicoꝝ in ecclesia. Qui aũt ꝫ facere possit. Inno. hic dicit q; in ecclesijs cathedralibus hoc ꝑtinet ꝓncipaliter ad epm sz ī alijs collegiatis inferioribꝰ ꝑtinet ad clericos illius ecclesie. fatetur tñ q; si male instituerũt eps poterit corrigere. ⁊ ita transeunt cõiter doc. sz mihi hec dicta nõ placẽt indistincte. nam cũ statuere numeꝝ in ecclesia sit dare nouũ statũ ipsi ecclie dicerẽ q; ecclesia inferior nõ põt facere tale statutũ sine consensu sui epi. nã ⁊ ipsemet Inno. alibi voluit q; clerici inferiores nõ pñt facere statuta sine ꝓsensu epi ꝑ cõionẽ q̃ est int epm ⁊ ipsas ecclesias. nã eps est ꝓlatus saltẽ mediatus cuiuslibet ecclesie inferioris sue diocesis ⁊ ꝑ eũ gubernãde sũt ecclesie. x. q. i. in.c. regẽda. ⁊ .c. nouerint. ⁊ hoc voluit nõbiliter Inn. in.c. requisisti. j. de testa. ⁊ s̃. ỏ ꝓsti. in.c. cũ accessissent. ⁊ notabis hoc dictũ bñ. Credere tñ hoc dictũ restrigendũ ad statuta sup arduis negocijs. nã sup tãgentibꝰ ip

sos clericos dũtaxat ⁊ nõ statũ ecclesie soli clerici ẽt ecclesie cathedralis statuere poterũt sine licẽtia epi. ad hoc bo. glo. in.c. ꝓstitutionẽ. in vbo statutũ. de vb. sig. li. vi. ⁊ ꝑ Inno. ī c. cũ ꝓsuetudinis. de ꝓsue. Itẽ in alio nõ placet dictũ Inoc. hic vt solus eps possit statuere numeꝝ canonicoꝝ in eccl̃ia nã puto requirendũ ꝓsensuꝫ seu saltẽ ꝓfiliũ canonicoꝝ. nã regulariter eps nõ statuit sine ꝓfilio canonicoꝝ. vt nõt Jo. an. ī. c. i. ỏ ꝓsti. li. vi. facit. xv. q. vij. eps nullius. ⁊ vide Ino. ī c. nouit. de bis q̃ fi. a pla. vbi tradit regulã mẽti cõmẽdãdã q; ardua nõ explicat eps sine ꝓsensu canonicoꝝ sed in alijs nõ arduis sufficit ꝓfiliũ. ad ꝑdicta facit in ar. illud. c. nouit. cũ. c. q̃to. co. ti. ⁊ .c. pastoralis. de dona. ⁊ cle. si vna. de rec. eccl. nõ alie. quinimo certo casu quãdo vult statuere superiuribus pertinẽtibus ad clericos inferiores dz ipsos clericos saltem vocare. vt nõt ipsemet Ino. ī. c. vestra. de locato.

Nõ scõo ex tex. q; ius canonie nõ cadit in laicũ licz ergo possit laicus prebẽdari nõ tñ põt canonicari qz ꝑbenda cõfistit in tpalitate. vt nõ. in. c. cũ. ff. de ꝓsti. dixi in. c. maioribus. s̃. de ꝑbẽ. Jus vero canonie ꝓsistit in spũalitate que nõ cadit in laicũ. vt in. c. cãm. de ꝑscrip. in. c. massana. ỏ ele. cũ si. Nõ ibi ꝑ ecclesiasticos ordines. q; in ꝓmouẽdo ad canonicatũ nõ ẽ a iure requisitus certus ordo. satis .n. ẽ q; sit clericus. solũ. n. in iure habem⁹ exꝑssum q; si nõ est subdiaconus nõ põt interesse capitulo. vt in cle. vt bi q; de eta. ⁊ q̃li. credo tñ q; ꝑm indigẽtiã ecclesie ⁊ dispositionẽ supiorisdz postea ꝓmoueri ad ordines maiores. nã ecclesia collegiata ī diget ad sui regimẽ ꝓbytis diacõis ſbdiacõis ⁊ ĩferioribus ordibꝰ. ⁊ ad hos ordines fiet ꝓmotio mõ ꝑdicto ⁊ propterea credo q; in iure nõ prefigatur certꝰ ordo ipsis canonicis. ⁊ ꝓp hoc forte hec littera loquit gñaliter dũ dicit ꝑ ecclesiasticos ordines congrue seruiaꝝ. ad hoc qỏ le. ⁊ nõ in. c. queris de eta. ⁊ q̃li. Et ob hãc cãm forte in q̃busdã ecclesijs sunt prebẽde presbyterales diaconales subdiaconales. ad hoc. c. ei cui. ⁊ .c. cui. de prebẽ. li. vj. ⁊ hec notabis.

Sz qz supra visuz ẽ q; ius canonie nõ cadit in laicũ quid dicẽdum ẽ in iure monachatus. Inno. dicit q; tale ius bene cadit in laicũ qỏ nõ. põt ergo quis eẽ verus monachus ⁊ laicus. ⁊ sic nõ solũ laici pñt eẽ ꝙuersi sz ẽt monachi. nã antiqtus nõ erãt clerici ⁊ nihilominus erãt monachi. vt in. l. gñaliter. C. de epi. ⁊ cleri. ⁊. xvj. q. i. gñaliter. Et ꝑm illũ statũ intelligiꝫ. c. a subdiacono. xciij. di. Et ex hoc inferꝫ ꝑm Inn. q; laici monachi pñt interesse singulis tractatibus monasterij vna cũ alijs qui sunt clerici in electõibus tñ pñt interesse si ẽ ꝓsuetudo. Nec ob. c. massana. ⁊ .c. sacrosancta de elec. vbi dr̃ q; laici nõ pñt interesse electõi. idẽ ẽt de cõsuetudine qz illud ꝓcedit in laicis habitu ⁊ ꝓfessione. sz isti ꝙuersi nõ pñt dici oĩno laici. sunt. n. religiose persone ar. in. c. nõ dubium de sen. excõ. ⁊. xij. q. ij. duo sunt genera. ⁊ nõ ỉ glo. Et nõ bene hãc limitatõem ad iura q̃ dñt q; laici nõ ꝓscribũt iura spiritualia dz intelligi in laicis habitu ⁊ ꝓfessione nõ in cõuersis. ⁊ hodie vide ꝓ predictis tex. cũ glo. in. c. ex eo in fi. de elec. li. vj. ⁊ puto vbi eẽt collegiũ dũtaxat laicoꝝ ꝙuersoꝝ tũc ẽt citra ꝓsuetudinẽ habẽt ius eligẽdi prelatos eorũ vt faciunt isti hospitalarij. ⁊ ꝓ hoc. c. cũ olim. s̃. de arbi. vbi vr̃ exꝑssum. sz in loco vbi sunt ꝙuersi ⁊ clerici tũc ꝙuersi nõ intererũt actibus spiritualibus. ꝑ. d. c. ex eo. sed in alijs debẽt interesse vna cum clericis. ꝑ. s̃. dicta. Nec ob. cle. vt bi qui. qz procedit in bis qui sunt mancipati diuinis officijs. ſ. vt qz deseruiunt per ordines ecclesiasticos. illi. n. non habẽt vocem nisi sint subdiaconi secus in bis qui intrant vt sint cõuersi. vt nõbiliter sentit glo. quã nota ꝓ istis monasterijs in quibus aliqui sunt clerici ⁊ aliqui laici. In glo. fi. ibi de laicis ꝓfessione ⁊ habitu nõ glo vsq; ad fi. ⁊ vult hec glo. q; laicus ꝙuersus ecclesie possit eẽ canonicus ante q̃z recipiat ordinem. ꝯrium sentit hic Inno. ⁊ videtur hoc sequi doc. ⁊ certe ꝓ hac opi. ꝯ. vr̃ ista lr̃a vbi dr̃ q; dz eẽ talis q; deseruiat ꝑ ecclesiasticos ordines ⁊c. ergo oz q; sit ordinatus ãq̃z fiat canonicꝰ. ⁊ facit ỉ lr̃a q; ꝙuersi nõ ordinati si cẽsent idonei ad fruiẽdũ ecclijs ī diuinis. Itẽ collige ex ỉ ⁊ ex lr̃a q; canonici tenent residere ⁊ fuire eccl̃e ꝑ ordines ecclasticos.

e **X frequentibus.** Institutio bñficioꝝ ſpectat ad ep̄os vel eoꝝ officiales.b.d.p̄mo abuſio ſecūdo ꝛfrenatio ibi vñ.tertiō pape ꝛfirmatio ibi nos. Caſus litteralis. In archiep̄atu cātuarienſi quedā praua ꝛſuetudo inoleuit q; clerici beneficia eccleſiaſtica recipiebant ſine licētia ep̄oꝝ vel officialiū ſuoꝝ nō ꝛſiderātes q; illud erat ꝛ inſtitura ſanctoꝝ patꝝ ⁊ eccleſiaſticā bōeſtatem, ꝓpter quod archiep̄s volens illā ꝛſuetudinē penitus extirpare oēs illos qui ſciēter beneficia taliter detinebāt occupata.vel qui de cetero p̄ſumpſerint occupare excōicauit ⁊ dñs papa ꝛfirmauit eandē mandans q̄tenus predicti clerici qui ſn̄iam ipſam incurrerūt nullatēꝰ abſoluāt niſi priꝰ ſatisfecerint. Ber. Nō primo q; inſtitutio in bñficijs eccleſiaſticis ptinet de iure cōi ad ep̄m.vt hic ⁊ in.c.cū ex inūcto.j.de bere.⁊ facit ꝛ opi.io.an.i.c.q̄z q̄z.de elec.li.vi.⁊ i c.cū in cūctis.e.ti.vbi dicit q; collatio ſeu inſtitutio nō ē proꝓe iuris ep̄alis cū multi hēant collationē ſeu inſtitutionē nō ep̄i.nā certe hic vides oppoſitū ⁊ q; īferiores q̄liqz hēant ꝓcedit de iure ſpāli.ad h.xvi.q.vij.oēs baſilice. Itē nō q; nō valet ꝛſuetudo vt bñficia eccleſiaſtica recipiant a nō ep̄is.ſed itelligo iſtū tex.q̄ſi ſupioresꝰ legitie nō ꝓſcripſerūt nā ius ꝛferēdi ꝓſcribit p īferiorē.ad hoc.c.auditis.⁊.c. cū olim.de preſcrip.Iz dubiet de inſtitutiōe quo ad curā populi nūquid illa poſſit preſcribi.de quo nō.in.c.cū ſatis.de of.archi. Nec ob.ſi dicat q; cū iſte tex.loquit de ꝛſuetudine dz intelligi de ꝓſcriptiōe.iurta nō.in.c.cumana.de elec. dico.n.q; iſte tex.ſolū reprobat ꝛſuetudinē vt bñficia recipiant a nō bñtibus ptātē. Nō vlterius q; archiep̄s pōt i tota ſua ꝓuincia exercere iuriſditionē tollēdo prauā ꝛſuetudinē ⁊ fulminare excōicationē in eā ſeruātes.qō ēt ſentit hic īno.⁊ nō tradas obliuioni hoc dictū q⁹ limitat nō.in.c. paſtoralis.de of.ordi. Eſt.n.iſte caſus in quo archiep̄s exercet iuriſditionē in dioceſi ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ. Et vīō gl. que h ſentit.ix.q.iij.i ſūma. Si ergo ep̄s eſt negligēs i tollēdo prauā ꝛſuetudinē pōt archiep̄s ſuam iuriſditionē exercere. Itē nō ſupioꝛē poſſe p ſtatutū ſuum fulminare excōicationē ipſo facto ꝫ tenētes bñficia ſine legitimo titulo ⁊ ſic pōt inferior augere penā iuris in ſtatuto ſuo.⁊ ꝓ h tex.i c.vt aiaꝝ.de ꝛſti.li.vi. vide glo.in cle.ne romani.de elec. et plene p Jo.an.in.c.ſi.de of.archiꝑ. Ultimo nō ⁊ tenebis ſemp mēti q⁹ nullibi credo ita foꝛe exp̄ſſum q; a ſn̄ia excōicatiōis lata p ſtatutū archiep̄i ſeu ep̄i pōt ꝓpius ep̄s excōmunicatū abſoluere p̄ius ſatiſfactiōe p̄miſſa.vñ neceſſe ñ eſt ꝓ abſolutiōe ire ad illū qui ſtatutū edidit.hoc ꝓbat hec lr̄a ſic inducēdo.nā ſolus archiep̄s hic excōicationē ꝓtulit ⁊ tñ papa mādat oībus ſuffraganeis vt illā nō relaxēt niſi ſatiſfactiōe p̄miſſa ergo p̄ñt abſoluere lz ipſi nō excōicauerint ſz eoꝝ ſupioꝛ.⁊ hoc tz Jo.an.hic ⁊ i.c.graue.de p̄bē. Et archi.xvij.di.ſup ſūma.nā nō dz eſſe maioris potentie canon iferioris q̄z pape ſed a ſn̄ia canonis pape pōt qlibz ep̄s ꝓpriū ſubditū abſoluere ſi papa ſibi nō reſeruauit abſolutionē.vt in.c.nup.de ſen.ex.ergo.fortius idē dicendū in ſn̄ia canonis inferioris ſecꝰ dic in ſn̄ia lata ab hoie .i. nō p viā ſtatuti q; ab illa nō abſoluit niſi q ea tulit vel ſupioꝛ. ad h facit.c.paſtoralis.ſcdo nōſio de of.ordi.⁊.c.cū ab eccleſiaꝝ.e.ti.tenui in.d.c.graue.⁊ ſic reperio Jo.an. hic tenere.⁊ ex his notabis duas bonas regulas in mā excōicationis. In glo.in vbo officialiū.nō glo.iūcto tex.q; vicarius ep̄i pōt ex officio ſuo inſtituere ⁊ alibi nō ita bñ ꝓbat. ꝫ h facit.c.ſi.de of.vica.li.vi.vbi dī q; niſi ſibi exp̄ſſe cōmittat nō pōt bñficia cōferre. So.illud.c.loquit in collatiōe iſtō in inſtitutiōe.nā lz collatio ⁊ inſtitutio ſepe ſumant ꝓ eodē tñ in vitate inter ſe differūt.vt dicā latius i.c.ſe. naz ꝓprie inſtitutio fit de p̄ſtato p patronū ⁊ ſic eſt quedā collatio nō libera q; exquo p̄ſtatus eſt idoneus dz inſtitui p ſupioꝛez xvi.q.vij.decernimus.j.de iurepa.c.nobis.ſed collatio eſt libera q̄ñ.ſ.ſine p̄ſtatiōe alicuiꝰ ſupioꝛ ꝓuidet alicui de beneficio.iſta.n.cū ſit quedā donatio nō tranſit in vicariū q; nō eſt veriſimile q; in generali cōceſſiōe trāſeant ea que in ſpecie nō eſſet quis cōceſſurus.vt in.d.c.ſi.ſed inſtituere ē neceſſitatis nec exerceꝛ aliqua liberalitas merito iſta i generali ꝓceſſiōe trāſit in vicariū. Simile videm⁹ q; ius inſtituendi tranſit in capl̄m ſede vacāte.in.c.cum olim.de ma. et obe.ſed nō ficius ꝓferēdi.in.c.vnico.ne ſede va.li.vi.Et h cōiter tenet ideo nō inſiſto.poſſet tñ cauillari lr̄a vt intelligat de illis officialibus quib⁹ hoc fuit ſpecifice ꝓmiſſū per hoc relatiuū qui qō dz reſtringere ad p̄cedētia.iurta nō. p Bar.in.l.oēs populi.ff.de iuſti.⁊ iure.⁊ p Cal. in.l.c.ſi.ō cle.nō reſi. In glo.in v.recipiunt ibi de iurepa.cura. dic latius vt ibi dicet. Ibi de ꝓſenſu capituli melius diceret de ꝓfilio q; ſic dicit tex.quē glo.allegat.c.nouit. In ea. in fi. dic vt dixi.ſ.q; regl̄r inſtitutio ptinet ad ep̄m ſed de iure ſpāli in certis bñficijs qñq; ptinet inſtitutio ad inferiorē vide bo.glo.in.c.q̄z q̄z.de elec.li.vi. In glo.in.v.officio ibi legatiōis.glo.hoc adiecit metu ꝓbij ſi opponereꝰ de.c.paſtoralis.de of.ordi.vbi dī q; archiep̄s niſi in caſibus a iure ex p̄ſſis nō hz iuriſditionē in ſubditos ſuffraganeoꝝ ſuoꝝ tñ h excōicauit ſeu excōicationē ꝓtulit in oēs de ꝓuincia ſua. Glo.ſoluit q; fecit tanq̄z legatus.nā archiep̄s cometenſ. eſt legatus in ꝓuincia ſua ex antiquo p̄uilegio.ſed ꝫ hoc facit.q; tex.ſolū ſe refert ad dignitatē archiep̄alē. Inn.⁊ alij doc.ponūt alias ſolutiones.Et primo q; hoc potuit facere tāq̄z metropolitanus rōne notorietatis.nā notoria crimia ſubditoꝝ ſui ſuffraganei pōt archiep̄s punire.vt i.c.romana.§.notoria.de cēſi.li.vi.Et nō bñ būc caſū q; extēdit illū tex.nā ibi loquit q̄ñ archiep̄s viſitat ⁊ tñ doc.cōiter h ſentiunt q; rōne notorietatis delicti pōt in ſua dioceſi exiſtēs de linquētes ſua ſn̄ia afficere.Secūda ſolutio q; ꝓpter negligentiā ſuffraganeoꝝ in extirpādo prauā ꝛſuetudinē archiep̄s ſuccedit in iuriſditione.Et nō būc caſum gnālē vt ſola negligētia ep̄i deferat iuriſditionē in archiep̄m.⁊ hoc tenuit glo.in.d.c.paſtoralis.aliter tñ ibi tenui. Tertia ſolutio ⁊ notabilioꝛ eſt q; in ꝛcernētib⁹ totā ꝓuinciā pōt archiep̄s iuriſditionē exercere ēt in ſubditos ſuffraganeoꝝ.nā hic inoleuerat ꝛſuetudo in tota ꝓuincia vt clerici recipent beneficia ab alijs q̄z ab ep̄is.⁊ hoc dictū nō.⁊ vide qō.ſ. dixi. In glo.penul.ibi tales excuſat.Ex hoc dicto glo.iūctis dictis doc.poteſt colligere q; bñs bñficiū ſine titulo legitimo iuſto erroꝛe ductus nō teneꝛ ad reſtōnē fructuū ſecus vbi ignorantia fuit craſſa.⁊ vide qō dixi in.c.dilecto.de p̄ben. ⁊ in.c.grauis.de reſti.ſpo. In glo.ſi.in fi.vult ergo glo. q; regl̄r nō pōt inferior abſoluere a ſn̄ia excōicationis quaz papa cōfirmauit quaſi abſolutio ſibi reſeruet p ꝛfirmationē.ſz dic plenius cōprehendēdo mētē doc.q; aut ſn̄ia ꝛfirmata fuit lata ab hoie.i.nō p viā ſtatuti ⁊ tūc ꝓcedit dictuz glo.nā p ꝛfirmationē aſſequit vires ac ſi fuiſſet lata ab ipo ꝛfirmāte q; oīa noſtra facimus ⁊c.vt in.c.ſi apoſtolice.de p̄ben.li.vi.nā ſi papa tuliſſet ſn̄iam.nemo pōt ab illa abſoluere.ar.in.d.c.paſtoralis.ſed ſi ſn̄ia fuit lata p ſtatutū tunc ꝛfirmatio nō tollit poteſtatē alijs ſupioꝛib⁹ abſoluēdi quia ſtatutū inferioris cōfirmatū per papā non dz eſſe maioris roboris q̄z ſtatutū pape.ſed a ſn̄ia lata per ſtatutum pape p̄ñt epiſcopi abſoluere.vt in.c.nuper.ergo fortiꝰ a ſn̄ia lata per ſtatutū ꝛfirmatū qō nō.⁊ faciunt hec ad intellectum illius.c.nuper. Abbas.

a **Uctoritate.** Ultra facultates non debet quis iſtitui iuitis clericis eccleſie.b.d. Nō primo q; in eccleſijs i q; bus numerus canonicoꝝ nō eſt determinatus non tenent canonici aliquē recipe ad mādatū cuiuſcū q̄z vltra q̄z facultates eccleſie ſuppetāt.Et videt ex vbo ſtatuimus ar.q; legatus ēt cardinalis nō poſſit ſupra hoc ius diſponere qm̄ nō pōt venire ꝫ ſtatutū pape in p̄iudiciū p̄uaraz p̄ſonaꝝ maxime nō exp̄ſſe cā rōnabili.ar.cle.ne romāi de ele.facit qō nō.glo.in.c.dilecti.ſ.e.⁊ p glo.in.c.ſi.ō bere.li.vi. Nō ſcdo q; clerici licite viuūt ex redditib⁹ eccleſie q; nō cogunt eſſe in eccleſijs ſine ſtipēdijs. Ultiō nō ibi vel inuitis.ar.op.ex tex.,p iſtis qui recipiunt ſine p̄bēdis.de quibus dixi in.c.dilecti.ſ.eo. In gl.ij. in fi.nō ex

ius eſſe põt ⁊c. de cõſe. di. ij. nihil. merito ſubijcit de baptiſmo qõ eſt ſacrꝫ valde neceſſariũ ſine quo nẽo põt ſaluari. ĩ. c. maiozes de ꝓſe. diſ. iiij. c. firmiſſime. tractat etiã de effectu huius ſacrí ⁊ iõ in rubꝛica ſubijcitur de eius effectu ꝓducit enim tres effectus nã remittitur culpa. item vitat dãnationis periculum ⁊ aperit regnũ celeſte. vt. ĩ. eo. c. maiozes. vbi latius dicã ⁊ vide gl. de ꝓſe. di. iiij. c. ij. Super hac rubꝛica querit Jnno. in quo ꝓſiſtit hoc ſacrm baptiſmi. ⁊ i ĥ reperiunt tres opi. Quidã dicũt in ipſa aqua ⁊ ſic ſi alal bꝛutũ biberet de aqua ꝓſecrata que ẽ in fonte vꝫ q̃ biberet ſacrꝫ. de quo vide gl. i. q. j. c. detrabe. Se cũda opi. q̃ ipſa intinctio ſeu ablutio eſt ſacrm ⁊ nõ aqua in qua quidem itinctiõe duo repiunt. ſ. actio ex parte baptizãtis ⁊ paſſio ex parte baptizati. vñ ipſa itinctio ſeu ablutio q̃ten⁹ ẽ paſſio ẽ ſacrꝫ baptiſmi. ⁊ hãc opi. tꝫ magiſter ſniaꝝ. ꝫª opi. q̃ character ipe q̃ ip̃rimit aie baptizate eſt ſacrꝫ. ipſe ỽo ĩno. dicit q̃ ſicut in eucbariſtia reperiunt tria. vt i. c. cũ marthe. s. ti. ꝓxi. ita in ſacro baptiſmi quoꝝ ꝓmũ eſt ſacrꝫ tñ ⁊ nõ res vt aqua ablues ſeu ipſa ablutio. ꝫ eſt res ſacramẽti tñ vt remiſſio culpe ⁊ infuſio gratie. tertiũ eſt res ⁊ ſacrꝫ. vt character q̃ ip̃rimit in aiaꝫ baptizati. ⁊ eſt character qualitas q̃ habilitat ſeu diſponit aiam ad ſuſcipiendã gratiã dei. de quo plene per Joã. an. ſup rubꝛica de ſacra. nõ iterã. ipſa ergo aqua verbo dei cõſecrata eſt, ꝓprie ſacrꝫ. Ex ĥ inferꝛ ad qõnẽ pone q̃ aliqs baptizetur i flũine nũqd tota aq̃ fluminis ſit ſacrm. Jnno. q̃ nõ ſed ſolũ illa que tetigit baptizatũ. ⁊ idẽ dicũt quidã in aqua que eſt in fontib⁹ eccleſie vt illa ſola ſit ſacrm que tetigit coꝛpus baptizati. vnde ſi in fonte nõ fuit aliquis ibi baptizat⁹ nõ ẽ ſacramentũ baptiſmi cũ nõ ſit ibi aliqua aia in qua poſſit ſacrꝫ bẽre ſuũ ſignificatum. nã ſacrꝫ eſt ſacre rei ſignũ. i. q. i. multi. Et ꝑ hoc facit alia opi. quã gl. põit in. d. c. detrabe. que dicit q̃ aqua ĩtingens coꝛp⁹ baptizati imediate icipit eſſe ſacrꝫ cũ ꝓmiſſa forma vbꝝ tãgit coꝛpus ⁊ imediate poſtea deſinit eſſe ſacrꝫ ⁊ ſatis videt ꝓbabilis illa opi. Ex quo inferꝛ q̃ bibens ipſaꝫ aquam nõ bibit ſacramentũ. tu vide bo. tex. in. c. ſabbato de cõſe. di. iiij. vbi dñ q̃ ſi i ſabbato paſchali vel pẽtecoſ. qs velit ſumere de aqua fontiuꝫ ꝓ deuotione ad aſpſionẽ domus ĥ dꝫ facere anteq̃ infundat chriſma. aliqui tñ bibũt de illa aqua non tñ eſt neceſſariũ ſꝫ eccla ex deuotione ꝓmittit. vt. s. dictum eſt. Ultimo qd fit baptiſmus ⁊ vñ dicat ⁊ ꝑ que verba fuerit inſtitutus ⁊ de eius effectu vide bo. glo. de conſe. di. iiij. c. i.

Jquis,[d] Breue eſt. vel ſic. Licet puer ſit ter merſus
s in aqua in noie patris ⁊ filij ⁊ ſpũs ſcĩ ſi nõ fit dictũ. Ego te baptizo in noie patris ⁊c. nõ eſt baptizatus. Nõ. ꝑ iuncta gl. fi. q̃ vbi aliqua verba ſũt de ſubſtãtia vel forma ſubſtãtiali alicui⁹ actus omiſſio alicuius verbi vitiat totũ actum ſicut ꝓbꝫ hic ĩ omiſſione illoꝝ verboꝝ ego te baptizo ⁊c. ſecus eſt vbi

p̃ia gl. ſi baptizans diceret baptizo te in noie trinitatis nõ diceꝫ collatus baptiſmus. de quo ꝓ iſtum hic in fi. ſecus dicens ipſe tho. ſi diceret baptizo te in noie genitoꝛis ſi lij ⁊ ſpũs ſancti amẽ. vbi ẽt dicit multũ ſinglr q̃ ſi plures ſacerdotes ſimul dicãt nos te baptizamus in noie patris ⁊c., pferendo reliqua verba apta ſi eſt baptiſmus. ſed ſi vnus ſacerdos dicat pluribus vos baptizo in noie patris ⁊c. tũc dicit q̃ baptiſmus eſt ſed peccat taliter baptizãs niſi ex neceſſitate id faciat. Ibidẽ etiã ponit ſi coꝛrupte verba, plata fuerunt vitieꝫ baptiſm⁹

ꝛ ibi cõcludit ꝙ si ꝑ facit ex industria vitiaꝫ baptismꝰ. si vo ex ignorãtia ꝑ cõferꝛ nisi sit tãta corruptio que oio auferat sensuz locutõis qꝛ tũc nõ cẽt baptismus. Et de hoc vltio vide tex. in c. retulerũt de cõse. di. iiij. ꝛ põit ẽt i ꝑal. di. ar. ij. si addaꝫ aliqd in verboꝝ prolatione vltra formã iuris vitieꝫ baptismus ꝛ cõcludit ꝙ si baptizãs nõ intẽdit mutare ritũ iuris nõ vitiaꝫ baptismus. dũmõ id ꝙ additur nõ sit ꝑriuz forme baptismi a iure tradite. Et iõ ꝓcludit ꝙ si baptizans vltra alia ẽba dicat i noie beate marie ñ vitiaꝫ baptismus. Et idez si aliqd aliud addat ex deuotõne ¶Ponit etiã san. tho. i. o. ar. ij. circa finez an interruptio que intercipiat intentionez in ꝓlatione ẽborũ bẽat vitiare baptismũ ꝛ cõcludit ꝙ sic si ẽ tanta interruptio que intercipiat itẽ tionẽ baptizãtis. Et iõ dicit ꝙ si baptizãs dicat in noie pris ꝛ iterponat longaz fabulaz ꝛ postea dicat ꝛ filij ꝛ spũs scti ꝛc. nõ erit baptizatus. secꝰ vero dicit si fuerit parua interruptio vel verbi nõ corrũpentis formam vt si dicat i noie patris. oĩpotentis vel aliquid silentii vel tussis vl huiusmõi ꝙ intẽtionẽ nõ discutiũt qꝛ tunc bñ erit baptismus. ad hoc facit l. que extrinsecus cũ ibi nõ. ff. oc ẽb.

omitterent aliqua verba q̃ nõ sunt de substãtia ſz de solẽnitate. vtputa si ꝓsbyter omitteret catbecismuz vel salis ipositionẽ vel vnctionẽ quaz facit in pectore ꝛ in frõte. exquo. n. in aqua euz baptizauit baptizatus est puer. sicut videmus ꝙ faciunt aliqñ mulieres quãdo infans est in ꝑiculo mortis. nã cum baptizant simplr ꝛ omittunt illa verba q̃ sunt de solẽnitate baptismi. ꝓ ꝫ de ꝫse. di. iiij. in. c. mulieres. nec dz reiterari baptismus. dic tñ ꝙ si postea ifans supuixerit debẽt suppleri per sacerdotẽ ea que fuerũt omissa vt catbecismus ꝛ vnctiones ꝛ similia. ꝓ boc ꝙ nõ. ꝫ gl. si. ꝛ expressius bic abbas. Et ex bis tãgendo qꝺlibet ẽbũ huius. c. infero ad qõnez qs possit baptizare. nã tex. bic dicit ſigs quod verbũ ẽ generis masculini. dic tu ꝙ ꝓprie boc officiũ pertinet ad sacerdotẽ. vnde necessitate etiã instãte diaconus baptizare ñ dz de ꝫse. di. iiij. c. cõstat cũ duobus sequentibus. tñ si de facto aliquis ꝓsbyter baptizat tz baptismꝰ si ue baptizãs sit laicus siue masculus siue femina. vt i c. j. in fi. de summa tri. ꝛ in. d. c. mulieres. tñ graviter peccãt nõ sacerdotes vt dixi vsurpãtes sibi boc officium cessante necessitate. ꝓ boc. j. q. j. in. c. qꝺ quidã. nec dz vt dixi reiterari baptismus exquo illa forma subãlis de qua bic fuit obꝟuata. sed poterunt supleri solẽnitates omisse vt prediri. Ex bis dic ꝙ istꝺ verbũ siquis cõprehẽdit ẽt femininũ nã masculinum cõcipit femininũ. l. si ita. ff. de le. ij. ꝛ. xvij. q. iiij. siquis suadẽte iuncto. c. mulieres de sen. ex. Secũdo quero ibi puerꝝ. quid in puella. dic ꝙ idẽ. nam baptismꝰ est generalis ꝛ cõpetit tam feminis q̃z masculis tã adultis q̃z pueris. vt. j. eo. maiores. Tertio quero ibi ter imersit. nunquid sit de necessitate vt baptizãdus terª imergaꝫ in aqua. Inn. bic dicit nõbiliter ꝙ licet in verbis sit tradita certa ꝛ substãtialis forma vt bic nõ tamẽ in facto sola. n. itinctio est de substantia. vnde sufficit ꝙ baptizans effundat aquã sup baptizando quãtũcunq̃z modicam. nã qñq̃z posset cõtingere ꝓpter debilitatem baptizãtis ꝛ grauitatẽ baptzandi ꝙ nõ posset illũ sustẽtare manibus ꝛ imergere ter in aqua. Dicit tamẽ Host. tutũ esse vt in verbis vel i factis obseruet consuetudo loci. ꝛ vide tu bo. tex. in c. de trina. de ꝫse. di. iiij. vbi dr ꝙ loci ꝫsuetudo obseruari põt licite siue fiat imersio trina siue vnica. ꝛ ibi videas significatũ. Quarto quero ibi in aqua [b]. qd si ficret in alio elemẽto vt i vino vl alio liquore. dic ꝙ nõ esset baptismus qꝛ elementũ aque est de substãtia baptismi. vt in. c. nõ vt apponeres. j. eo. ibi saline aspersione liniuit. nã xps mãdauit in aqua baptizari. ꝛ ita fuit ipse baptizatus ꝛ forte ad boc designãduz eximit aqua de ipsius latere in passione eius. vt in. c. in quadã. s. ri. ꝓri. Quinto quero ibi in noie. qd si dicerẽtur in noibus patris ꝛc. vel i virtute pris ꝛc. dic ꝙ nõ esset baptismus ꝑm Inno. qꝛ plus iportat i singulari q̃z in plurali. nã denotat vnitatẽ essentie. Itez nõ lz variare formã per ecclesiã tradtã. Sexto quero ibi ego. nũqd illud ꝓnomẽ ego sit de substãtia baptismi an sufficiat dicere baptizo ꝛc. glo. ij. boc tãgit ꝛ cõis opi. est ꝙ non sit de substantia qꝛ intelligitur sb alijs verbis. dicit tamẽ gl. in. c. mlti de cõse. di. iiij. ꝙ nõ dz omitti si tñ omittit tz baptismus. ꝛ hec opi. bona. ꝛ qꝛ aliqui tenẽt boc esse de sba precauendũ est a principio vt istud ꝓnomẽ ego exprimaꝫ. Septimo quero ibi baptizo te. quid si dicit baptizo te in noie xpi ꝛ pris ꝛ filij ꝛc. quidã vt refert Inno. dicit ꝙ nõ est baptismus ꝓp omissionẽ forme substantialis nisi forte in vna ꝓuincia consuetudo aliud bẽret. Et nõ bene boc dictũ. vult. n. ꝙ vna ꝓuincia põt vti alia forma q̃z sit bic expressa dũmõ in sba sit isti equipollẽs ponit exẽplũ in calabria. ꝛ dicit ꝙ papa intantũ approbauit illoꝝ consuetudinẽ ꝙ eis cõcessit vt in futuꝝ possint ita facere. secus dicit vbi in vna ciuitate vel in pluribus qꝛ nõ est ita iustus error in vna ciuitate sicut in vna ꝓuincia. Item nõ eminet tantũ scandalũ sm bos. ꝛ cõcludit Inn. ꝛ bos. ꝙ ecclesia romana dz quantũ põt sine tñ violatione fidei tolerare ritꝰ ꝛ cõsuetudines aliaꝝ ꝓuinciaꝝ vt grecoꝝ ꝛ aliorum xpianoꝝ vt facilius redeãt ad fidẽ integrã. ꝛ bis rõibus papa sustinet grecos sacerdotes in matrimonio vt in. c. cũ olim de cle. ꝓiu. ꝛ in. c. nicena. xxxj. di. Itẽ iudeos ꝛ paganos ꝛbentes in secũdo gradu. vt in. c. gaudemus de diuor. Et sic bene ꝛ singulr nõ ꝙ constitutio pape nõ extenditur ad alios habentes cõsuedinem contrariam. ꝓ boc vide bo. glo. xxj. di. in. c. j. in fi. Octauo quero ibi te. qd si omittaꝫ illud ꝓnomen te. cõiter tenetur ꝙ ille nõ est baptizatus qꝛ non apparet qd iste baptizet. Ultimo quero ibi i noie patris. qd si dicatur in noie trinitatis vel in noie xpi. banc. q. ponit gl. pe. ꝛ dicit ꝙ tz baptismus qꝛ oliz sic baptizabãtur boies. vt in. c. quodam de ꝫse. di. iiij. doct. bic cõiter tenẽt oppositum qꝛ bodie fuit imutata illa forma. vt ꝑz in boc tex. ꝛ boc tene menti. Quedam tangit bic Inno. ad materiã facientia vide ꝓ te. ꝛ per predicta expedite sunt glo.

d **E quibus.** [d] Breue est ꝛ boc intendit. si ꝓbabiliter dubitaꝫ an quis fuerit baptizatus põt baptizari forma ꝫ expressa. Nota ꝙ vbi dubitaꝫ an solẽnitas debita interuenerit dz in dubio reiterari. ad boc de ꝫse. di. i. solẽnitates. ꝛ qꝺ ꝫ dicit de baptismo ꝓcedit ẽt de cõfirmatõe seu de chrisma tione ꝑm doct. Idem dicerẽ in omnibus alijs sacramentis ñ iterabilibus eadẽ ratione. Itẽ nõ casum i quo sacramentũ conferr sub cõditione. bic tñ nõ est ꝓprie cõditio cũ sit de preterito. nõ. n. suspẽdit actuz qꝛ certũ est nature vtrum fuerit baptizatus. vt nõ. in l. cũ ad tps. ff. si cer. pe. Ultimo quero in quo duvide ẽt bic ꝓ. d. an. in. ẽj. col. v. i bis q̃ facit. ꝛ eiº opi. i termis ẽt firmat san. tho. i. iiij. sen. di. iij. q. i. ar. iiij. ꝛ dicit ꝙ lz trina imersio nõ sit de necessitate baptismi ñ ꝫgruẽtissime sit ad exprimẽdũ in factis fidẽ trinitaꝫ. ꝛ dic ꝙ si trina imersio omittaꝫ ꝝ ꝫsuetudinẽ eccle grauiter peccat semel imergẽs ꝛ dicit ꝙ si sacerdos nõ intendebat nisi semel imergere prima sola imersio cõplet baptismũ terminans intentionẽ baptizantis.

b Qualr aqua sit necessaria i baptismo ꝛ quare ipsa potº ad ꝫ sumaꝫ q̃ aliº liquoꝛ, put ẽ vinũ vel sanguis ponit elegãtr tho. i. iiij. sen. di. iij. q. i. ar. iij. ꝛ vide ꝓ. d. an. i. c. ꝓr. s. e. c Adde ꝫ ꝙ si sacerdos baptizet aliquẽ ego baptizo te ſz ꝙ docet ista ẽr. ita determiat do. i. c cũ ab vno ꝺ re iu. i. vj

Adde bic ꝙ nõt bar. in. l. i. C. ne sa. ba. rei. vbi dicit de iure ꝫ posse fieri

ſche reſurrectiõis ꝛ in vigilia penthecostes. ꝛ ibi ponit rationẽ quare boc potius debeat fieri illis diebus ꝙ alijs diebº solẽnibº ꝛ põit ẽt ibi que signa sint facienda qñ quis baptizat aliuz vl qñ cũ facit catbecumi nuz ibi plene videbitis. Item vtrũ asinº bibẽs aq̃ baptismi dicatur bibere sacramentum baptismi. vide glo. i c. detrabe i. q. i. ꝛ faĉ ꝙ nõt glo. in l. q bõa de cõse. di. ij. Et adõ ꝙ creatura irrationabilis ñ est capax baptismi nec per se nec ꝓp aliud. ita determinat tho. in. iiij. sen. dis. ix. q. i. ar. ij. vltra medi. Itẽ adde ꝙ papa ñ põt dispẽsare ꝙ aliquis sine baptismo saluet. ita dicit idem tho. in. iiij sen. di xvij q. iij. arti. i. cir. finem.

a De ñ

cum quis in periculo fuit baptizatus iterum baptizari potest in ecclesia cum hac conditione si non est baptizatus ⁊c. Et de ista baptizatiõe qua pena puniantur facientes eam est tex. cuz gl. i. ⁊ ibi. d. Abb. in. c. ex litterarum de apo. Itẽ vide tex. nõ lz ⁊. c. ne baptizare cum. iij. seq. de consec. di. iiij. ⁊ ista practica protestandi est quam notat idez. d. ab. in. c. i. in fi. de cle. per sal. p.

a De h genere cã rũ. s. q̃ sint maiores q̃ medie vi̇ per io. an. post bosti. in. c. fin. de cri. fal. ⁊ p glo. remissius in ver. grauiõa ⁊ Imol. in. ii. col. i cle. non potest de procur. facit qõ legitur i tex. ⁊ glo. in. c. frater vester. xvj. q. i. ⁊ per gl. i. c. litteras de iura. ca. Et que dicatur minima cã vide per glo. in c. de appellatõnibus de ap. ⁊ p glo. in. c. fi. de re iudi. lib. vj. Et facit q̃ nõ. d. an. in. c. ceterum d' donat. vbi põit qd dicatur esse minimum Et circa h̃ que dicã tur causse maiões ⁊c vide. d. an. in. c. vt debitus i vl. col. de ap. post gl. fi. ibi q̃ dicit q̃ cãe maiores sunt de quibus in. c. q̃ trãslatus ẽ of. dle. Et ad de q̃ cuius cũq̃ valoris sit causa nõ dicit cẽ magna cã si agitatur solum de possessione non ẽ propetare ita nõ. dic Bar. in. l. admonẽdi in. x. col. ff. de iurein. Item que

bio, pcedit iste tex. doc. instãt sed finalis ⁊ vera ꝓclusio est q̃ procedit tam in dubio facti q̃z iuris. ⁊ prio pone exemplũ cum reperitur infans expositus sine signo baptismi. nã dubiũ consistit in facto. De secũdo possunt poni multa exẽpla ex nõtis. ẽ. c. pxi. puta si fuit dictũ baptizo te in noie xpi. nã i iure dubitaf an iste sit baptizatus. ió põt baptizari sub ista fõma de qua hic. In glo. fi. in fi. dic q̃ ista qõ nõ pcedit ad tex. relata qz ex quo pmittit, ptestationẽ q̃ nõ intẽdit baptizare si erat baptizatus nõ põt dici q̃ ipimatur nouus character. Itẽ sine illa ptestatione tene q̃ nõ ipimitur nouus character si iterũ qs baptizetur sed tantũ fit reiteratio in facto. ar. in. c. in genesi. de elect. nã dñium alicuius rei nõ põt bẽri amplꝰ q̃z semel ⁊ bis haberi nõ põt. vt in. c. iter dilectos de fi. istr. multo fortius hoc est dicendũ in charactere ⁊c.

m **Maiores.** Hoc dicit vsq̃z ad. §. verum. Sacramentũ baptismi vtiliter ꝓfertur paruulis lz nõ credãt nec intelligãt ⁊ remittit eis peccatũ originale. Et diuidit tota decre. in duas ptes. p̃ ponit exordiũ, pbans magnas qõnes maxie fideni rãgentes referendas esse ad papã. fa ibi in qbusdã. ponit epistolã que quatuoz bz ptes sicut quatuoz sunt qõnes scõa ibi vez. tertia ibi sed adhuc. quarta ibi itẽ queritur. pria subdiuidit. p̃ ponit berencoz obiectio duabus auctõritatib⁹ munita. fa ibi ad id. ipsius so. tertia ibi cetez auctoritatibus respondet. Casus lr̃alis. Quidã berenici fecerũt quasdã qõnes catholicis. archiepi a relatẽ. postulauit dñz papã illis qõibus respõdere. Ad qõ rñdet papa declarãdo singulos articulos vniuscuiusq̃z qõnis vt clare ex lr̃a capere possis. Ber. Nota p̃ q̃ magnaz cãz [a] decisio reseruãda est soli aplice sedi., p boc. c. vt debitus. s̃. de appel. ⁊. c. q̃z nis de elec. li. vj. hinc est q̃ nemo citra papã põt ferre sniaz sup depositionẽ epi. iij. q. vj. accusatus. ⁊. c. q̃z nis. ⁊. c. ij de trãsla. ꝓpel. ⁊ presertim si talis cã attingit articulos fidei vel sacra eccle. hic enim agebaf de sacris eccle. Et ex boc ⁊ ex tex. infero solũ papã posse cognoscere ⁊ decidere cãs fidei ⁊ sacroz eccleie. In ꝑmuz tm facit gl. in. c. anastasius. xix. dis. que vr̃ velle q̃ papa cã fidei dz cõgregare cõciliũ ⁊ i tali cã cõciliũ est supra papã ⁊ sic aliq ruditer itelligẽtes illã gl. aperte venit ꝑ istũ tex. vnde dic q̃ regulariter solus papa põt decidere cãm cõcernentẽ fidẽ ⁊ sacrm eccle. vt pbatur hic ⁊ in. c. hec ẽ fides. xxiij. q. j. Ad. c. anastasius dic q̃ ibi papa voluit decidere ꝑ aliquod statutũ p ecclias. qõ nõ poterat fine cõcilio. qz vbi in cã fidei cõstat de iudicio totius eccle papa ñ põt aliqd decernere ꝑ statutũ ecclesie qz posset papa esse bereticus ⁊ sic errare in fide. xl. di. si papa. sed tota eccla errare nõ põt. vt i. c. a recta ⁊ ibi bo. gl. xxiij. q. j. Scõo nõ q̃ xps orauit, p petro vt nõ deficeret eius fides. Ex quo ifertur q̃ fides xpiana deficere nõ põt qz nõ est p̃sumendũ q̃ xps fuit frustrat⁹ labijs suis. Sz ꝑ hoc opp. xps orauit, p petro. ergo segtur q̃ successores petri nõ possent errare. qõ tm ẽ falsum. nã papa põt peccare. vt. in. c. alioz. ix. q. iij. ⁊ põt esse bereticus. vt i. d. c. si papa. Itẽ põt esse ignarus adeo q̃ ꝓpter insufficientiã põt resignare papatum. vt. in. c. i. de renũ. li. vj. ergo rõ littere nõ cõcludit vt pp orationẽ xpi facta in persona petri sit recurrendũ ad papã in causis arduis. So. dicũt hic doc. q̃ xps orauit, p petro ⁊ successoribus suis vt nõ deficerent tã in fide q̃z in moribus. nã successores in fide ⁊

dicatur grauis vel ardua causa vide. d. An. de procu. querelaz in. vj. col nã causa electionis dicitur magna causa ut glo. nõ. in. c. bone el. i. in ver. securaz de elec. maxime si sit de electione epi̇scopi vt est tex. in. c. ipsius de elec. li. vj. vel de electione coadiutoris epi. vt est tex. in. c. j. de cle. egro. li. vj. ⁊ vide. do. an. in. c. edoceri in. iij. col. de rescrip. vbi dicit q̃ statur arbitrio iudicis q̃ dicatur ardua cã. Idẽ. d. ã. i. d. c. edoceri in vlt. col. dicit q̃ constituere vniuer salẽ sindicuz vl̃ iconomũ in eccla dicit arduũ negociũ. Itẽ que dicant le uesc cãe vide oio bar. i. l. leuia in fi. ff. de accu. Que aũt dicantur leuia grauia l̃ grauissima delicta vide bar. i. l. nõ solum. §. si mãdato. vi̇. cir. fz. ff. de iur. Et de multiplici genere cãz vide gl. xi. q. i. i fi ⁊ lap. al. lxx. Itez que dicant grauia delicta vide d. an. i. c. arti clerici. i. §. ó adulteriis i pe. col. de iudi.

moribus erunt salui nec errabũt in fide. Ad id qõ dicitur de heresi rñdent q̃ dixit p petro ⁊ eccla. ego aliter dicerẽ q̃ quẽadmodũ ptãs tradita petro fuit sibi tradita i persona eccle sed sibi tanq̃z capiti. vt nõbi liter probaf in. c. qõcunqz. xxiij. q. j. ⁊ in. c. ita dñs. xix. di. ita xps orauit, p petro. i. pro tota ecclesia in p sona petri sed pro petro principaliter tãq̃z pro capite vt nõ deficeret fid s petri. fides aũt petri est fides vlis eccle ⁊ ideo directe cõcluditur q̃ ecclesia tota errare nõ põt quin saltẽ remaneat in vno ⁊ ita, pbaf p Au. ⁊ est tex. cũ glo. notabilis in. d. c. a recta. xxiij. q. i. fz qz papa est caput huius ecclesie. ⁊ preluit oim⁹ sanctioz ⁊ doctioz. xl. di. c. i. ió ad ipsuz est recurrẽdũ in causis maxime arduis qz de facili nõ põt totam ecclesiam cõgregare dubio maximo existẽte. ⁊ vide gl. nõ. in. c. quãuis. xxj. di. que dicit q̃ vbi sunt bo. xpiani est romana eccla. vnde post mortẽ xpi fides remãsit solum apud beatã virginẽ sic põt cõtingere quod absit quod apud vnum solũ dũtaxat fidele lz femina posset cõsistere recta fides. Nota tertio in. §. qui busdã q̃ lex mosayca nõ est seruanda cuz euangelio nec circũcisio cũ baptismo vnde baptismus succedit circũcisiõi nõ aũt cõcurrit cũ circũcisiõe. Itẽ nõ q̃ baptismus ꝓpetit cuiq̃z sine distinctiõe sexus vl̃ etatis. Itẽ nõ hic apertũ. q̃ in lege diuina ẽt masculinũ ꝓcipit femininũ ita apte arguit hic tex. nã xps dic nisi qs renatus fuerit ⁊c. ⁊ dr̃ q̃ per hoc ꝛcludere nolunt masculos ⁊ femias. nõ solũ q̃ in lege bũana masculinũ ꝓcipit femininũ. l. si ita. ff. de le. ij. ⁊ i. l. i. ff. de verb. sig. ⁊. xvij. q. iiij. siquis suadẽte iuncto. c. mulieres de sen. ex. sed ẽt in. l. diuina vt hic. qõ tene menti.

Itẽ nõ duos effectus circũcisionis antique. nã tollebatur pcñ ⁊ euitabaf dãnationis piculũ. sed p boc nõ poterãt puenire ad regnũ celeste. Baptismus vero bz tres principales effect⁹. primus inducit remissionẽ peccatoz. scõs tollit dãnationis periculũ. tertius apit regnũ celeste. ⁊ dic quarto q̃ infundunt gre ⁊ virtutes in ipso baptismo. vt. j. in. v̇. illud. ⁊ in cle. j. de sum. tri. in. fi. dic ẽt clarius q̃ per baptismũ dimittit nedũ peccatũ sed ẽt ois pena peccati. ita q̃ si ifidelis adultus hodie baptizaret ⁊ illico decederet nõ sẽtiret etiã penã purgatorij. vt est tex. augu. nõbilis de pe. di. vij. c. fi. exemplũ in latrone cui credẽti ⁊ tũc baptizato baptismo flaminis fuit dictũ. Amẽ dico tibi qz hodie mecũ eris in paradiso. vt in. d. c. fi. Itez nõ q̃ dispõ bñs plures orationes dz vniformiter intelligi vnde cauda nõ est sepanda a capite vt ad aliud referatur principiũ ⁊ ad aliud finis. ⁊ ad h̃ nõbis istũ tex. in v̇. fi. iuncta glo. in. v̇s. auctoritas. Nõ ibi fz cõez vsum loquẽdi. tex. satis nõbilẽ q̃ ẽt verba scripture diuine intelligũtur fz cõem vsũ loquẽdi. c. ex lr̃is j. de spõ. ⁊. l. labeo de supel. lega. Itẽ nõ q̃ verba apta referri ad habitũ ⁊ actũ referunt ad habitũ solũ q̃n subiecta materia hoc expostulat ⁊ sic nõ põt quis redargui de ineptitudine loquẽdi. exẽplum si dico titius comedit lz actualiter nõ comedat tm vez est dicere q̃ comedit referẽdo sermonẽ ad aptitudinẽ ⁊ non ad actuz. aptus est. n. comedere. Et idẽ dicẽdũ est in statutis ⁊ alijs dispõibus. Ultimo nõ in hoc principio q̃ etiã paruulis [b] virtutes infundunt in baptismo. ⁊ hec opi. hodie est approbata in cle. j. in fine. de summa trinitate. Sequitur. §.

Verum Originale peccatũ quod sine cõsensu ꝓtrahit remittit in baptismo ẽt nõ cõsentiente vt paruulis secus de actuali. qz sicut non

b Et circa baptismũ paruulorũz ⁊ eiꝰ effectũ vide tex. i. c. i. §. verũz. s̃. de sum. tri. ⁊ oino sã. th. i. iiij. sen. dis. iiij. q. iij. art. i. vide ẽt ad materiã huius. c. q̃ ipse th. nõ. ea. di. q. iij. ar. ij.

cõmittit fine conſenſu ita nõ relaxat.h.d.vſq; ad.§. ſed adhuc. Nõ ꝓ q; etiã in cõcernẽtibus aiam i lege diuina licitũ eſt arguere a ſili dũmodo detur oĩmoda ſilitudo in eo in quo fit cõparatio.alias ar.a ſimili cozzuit vt hic.de quo vide qõ nõt Jo.an.in.c.nõ poteſt de prebẽ.li.vj.ꝛ quod nõ in.c.trãſlato de conſti.

Nõ dupler eſſe peccatũ.ſ.originale ꝛ actuale ꝛ q; actuale ñ cõmittit ſine cõſenſu.nã peccatũ ade eſt voluntariuz vt nullo mõ ſit pcm̃ niſi detur voluntas peccandi nã peccatum ẽ volũtas cõſequẽdi qõ iuſticia vetat.de quo dic vt plenius habeꝛ.xv.q.j.in prin.ꝛ dr̃ actuale q; ipſo actu ꝛ fctõ ꝓmittit.nã ipoſſibile ẽ quẽ peccare ſine facto ſuo.Originale vo dicitur qõ ꝓtrahitur ab origine.ſ.cũ aĩa infunditur in cozpoze.vnde ſcias poſt Inn.hic q; in aĩa pueri repiunt tria.ſ.,pnitas ad peccandũ.ꝛ hoc ꝓbitur ex carnis cozzuptiõe.nã per peccatũ primoz parentũ caro bũana fuit cozrupta.vnde dicit canon q; oĩs etas ab adoleſcẽtia ,pna eſt ad malũ.xij.q.j.oĩs etas.ſcõm eſt quedã macula ſeu ſozdes quã contrabit aĩa i infuſiõe ad cozp9 per imixtionẽ carnis cozzupte.tertiuz eſt reatus ſeu debitũ pene eterne quod quidẽ ſequitur ex ſecũdo.nam ꝓpter illam maculã contractã primi parentis cum poſteritate ſua fuerunt deputati huic pene eterne. Sed dubitatur quod ex iſtis tribus dicaꝛ peccatum originale.magiſter ſniaz plene ,pſequitur ſecundo ſniaz diſt.xxx.ꝛ ibi concludit q; illa pronitas ad peccandũ ſit peccatum originale.quod nõ placet ino.q; ſeqtur q; per baptiſmũ nõ dimitteret peccatũ originale cũ poſt baptiſmũ remaneat ipſa ,pnitas ad peccandũ.vt in.d.c.oĩs etas.ꝛ.c.ſeptieſ in die de pe.di.iij.dicit ĝ ipſe teneri cõiter q; illa macla ſeu ſozdes ſit pcm̃ origiale cui eſt annexa illa,pnitas ad peccandũ.vñ lz tollat illa macula remanet tñ ,pnitas pp cozzuptionẽ carnis.ꝛ ſic intelligit illa auctozitas auguſtini.dũ dicit q; per baptiſmũ tollit peccatũ originale reatu ꝛ nõ actu.i.tollitur ille reat9 q; priuabat bominẽ viſione dei ſed remanet ipropzie tñ i actu q; rẽanet illa ,pnitas ad peccãduz.dicit ẽt aug.q; iſti qui carent viſione dei decedẽtes ſine baptiſmo mallent fic eſſe q̃ nõ eſſe.Et hoc facit ad ſolutionez vnius ꝓij.nã videtur iniuſtũ vt paruulus q; nullũ peccatũ ꝓmiſit decedens ſine baptiſmo puniatur.So.carẽtia viſionis dei nõ ẽ,ppzie pena ſed pp iobedientiã primorũ parentũ deus nõ vult eis cõicare beatitudinẽ ſuaz nõ aũt iponit eis penã actualem.ꝛ iſto reſpectu pena iſtoz paruuloz dr̃ mitiſſima.vt in.c.regenerante de cõſe.di.iiij.q; animo deus facit eis gratiã eos creãdo.q; ſm illã auctozitatẽ aug.iſti volũt magis fic eſſe q̃ nõ eẽ.ꝛ idẽ nõ.gl.in.d.c.regenerãte. Cõclude ergo q; per baptiſmũ tollit illa macula ſeu ſozdes aĩe ꝛ ꝑ ꝛns tollit ille reatus.Itẽ illa ,pnitas ad peccãduz debilitaꝛ maxie poſt ſacr̃z cõfirmationis.nã per chriſmationẽ ſeu cõfirmationez xp̃anus cõfirmatur in fide ꝛ efficitur fortioz ad reſiſtendũ diabolo ꝛ cõcupiſcentijs carnalibus.vt in.c.i.de ꝓſe.di.v.ꝛ adde iſtis gl.nõ.i.c.ij.de ꝓſe.di.iiij.quã oĩno vide. Abbas.

Sed adhuc. Licet in baptiſmo dimittaꝛ originale peccatum paruulis qui tamen conſentire nõ poſſunt.in adultis tamẽ amentibus vel dormientibus qui nõ conſentiunt baptiſmo nõ dimittitur actuale.ꝛ idem etiam nec originale.ſecunda pars ibi ad hoc. Nõ q; nunq̃ quis liberatur ab vno peccato quin liberetur ab omnib9 q; deus nõ nouit opus imperfectionis.Ex hoc infero q; confitens aliqua ex ſuis peccatis vel etiaz oĩa ſi diſpoſitus eſt in aliquo peccato iacere a nullo in veritate abſoluitur recte q; peccata ex parte nõ dimittuntur per rationẽ littere.ꝛ vide quod le.ꝛ nõ.i.c. quod quidã de pe.ꝛ re. Scõo nõ q; pena originalis peccati nõ eſt niſi carentia viſionis dei.Exquo inferꝛ ad id quod dixi in ꝓcedẽti.§.q; paruuli decedentes ſine baptiſmo nõ patiuntur aliã penã niſi q; carent viſione dei illa tñ pena maxima eſt.vt i.c. firmiſſime de cõſe.di.iiij.lz reſpectu pene actualis dicatur mitiſſima.ꝛ ſic cõcozda tex.in.c.regenerãte ea.di.ꝛ ob hoc dixit Auguſtinus q; dãnati ad perpetuos cruciatuſ mallẽt eẽ cum illis crutiatibus ꝛ videre deũ q̃z extra cruciatus ꝛ carere viſione dei.quaſi innuat q; carentia viſionis dei eſt in ſe maioꝛ pena q̃z ſit cruciatus ille quẽ dãnatus ſuſtinet in inferno.immo iſta carentia dicitur grauiſſima pena. dãnatus tamen in iferno habet vtranq; penam q; caret viſione dei ꝛ tamen patitur alios cruciatus. Item nõ q; abijciendus eſt ĩtellectus exquo ſequitur quedam contrarietas ſeu q̃dam repugnantia.ꝛ nõ modum arguendi.facit.c.ſollicitudinem de appella.ꝛ.l.vbi repugnãtia.ff. de re.iur.cum ſi.

Item queritur. Hoc dicit vſq; ad finem. Amentes vel dormientes baptizati ſi ante dementiam vel dormitionem baptizari volebant characterem ſuſcipiũt. alias ſecus coacti vero cauſatiue ſuſcipiunt.h.d. vſque ad finem. ꝑ ponitur qõ.in ſcõa ibi ſunt aũt quozũdã opi.in tertia ibi ſed opponit illi qõni opponit.i quarta ibi ,pter quod.opionis veritatẽ exprimit.in qnta ibi dormientibus.principli qõnem ſoluit. Nõ primo alienũ foze a religione xpiana.vt infideles cõpellant ad fidem ſuſcipiendã.ꝓcoz.c. ad fidez.xxiij.q.v. Nota dr̃iaz inter vim preciſam ꝛ cõditionalem.nã vis preciſa ipedit iprellionẽ characteris ſecꝰ in conditionali.rõ eſt q; primo caſu potius dr̃ qs pati q̃z agere.c.ſacris qd me.cã.exẽpluz figuis ligatuſ manibus ꝛ pedibus inuitus baptizaretur.ſed in vi cõditionali eſt volũtas lz coacta.Et ex hoc ꝛ ex tex.nõ q; coacta voluntas.voluntas eſt lznon ſit abſoluta.Ex hoc inferꝛ q;,i actu in quo regrit abſoluta voluntas vt in matrimonio vbi requiritur oĩmoda libertaſ vt.c.cum locũ de ſpõ.coacta voluntas nõ ſufficit q; nõ eſt abſoluta voluntas ꝛ vide quod dixi in.d.c. cũ locuz.ꝛ tene mẽti. Itẽ nõ q; quis preſumitur ꝑdurare in eodẽ conſenſu.allegãs ergo voluntatem mutatã habet probare.ff.de proba.eum qui. Itẽ nõ caſum in quo demens vel dormiẽs põt baptizari qñ ſ.ante dementiam vel ſõnum erat in propoſito baptizãdi. In glo.in.v.conditionaliter ibi Jo.an.dixit q; nõ cogeret ꝛ hoc tenuit h ꝛ in.c.vbi iſta.lxxxij.di.ſed doc.videntur cõiter tenere cõtrarium pro hoc facit iſte tex.nã quẽadmodum ſuſcipiens baptiſmuz per vim conditionalem cõpellitur ad obſeruantiaz fidei ꝛ ipſius ſequelã.vt hic ꝛ i.c.de iudeis .xlv.di. ita ꝛ ordinem ſuſcipiens debet cõpelli ad obſeruantiam ordinis ꝛ ſequelam ipſius ꝛ erit hic caſus in quo metum paſſo nõ ſuccurritur per actionem quod metus cauſa.rõ q; ꝓ impreſſionem characteris cũ ſit idelibilis reſtitutio fieri nõ debet nec poteſt maxime cũ iſte poſſet dici inuitatus ad meliora.vt nõ.in ſimili i.c.cũ dilectus qõ me.cã.ꝛ vide per goſ.in ſũma de etate ꝛ quali.§.circa banc.ꝛ duobus.§.ſe. ſi tamen iſte baduiſſet vxorem poterit matrimonio licite vti q; ſi potuit ordinari in preiudicium vxoris etiã ſi vxor nõdũ fuiſſet cognita.ar.eozum que nõ.glo.de voto lib.vj.c.j. In gl.in.v.ꝑdurare.nõ bene iſtã gl.ꝛ qõnem quam ponit quia quotidiana eſt.

Debitum. Nemo põt ſeipſuz baptizare etiã inſtante neceſſitatis articulo.cõis diuiſio.ſecũda ibi reſpondemus. Caſus lr̃alis. Quidaz iudeus in mortis articulo conſtitutus cũ iter iudeos exiſteret nec aliquem chriſtianũ habere poſſet ſeipſũ

a Et de ista.q.an sufficiat tāgere aqua caput vel aliaz partē corporis vide glo.i l.iij.i prī.in.v.quālibet.ff.de acq.pos.⁊ ibi p moder.⁊ vide bar. in l.qp certatū.ff.de po.here.⁊ etī.vbi dicit qp canonīste dicūt i ti.ō baptismo qp sufficit caput tm̄ imergi i aqua lz reliqua ps corpis nō balneet⁊ tenet tho.in.iiij.sen.di.iij.q.j.arti.iiij.vltra me.Et adde qp not.archi.i.c.nouissime de cōse.dis.v. vbi dic qp de subā cō firmatiōis i.chrismatis ē qp fiat in frōte alias nō diceret quis cōfirmatus.

b Adde b gl.i.c.baptismi vicē de ple.dis. iiij. Sz tu vide de h elegāter i termis p tho.in.iiij. se.di.iii.q.i arti.iij.vbi ꝓcludit qp si aqua trā sit i aliam spēz p alteratiōez sic per putrefactiōez vl trāsit in vinū vt qz p additionē tm̄ alteriº liqºris solua spēs accidētie aq̄ vt si paruz aq̄ admisceat mīo vino tunc ex illa aq̄ nō pōt fieri baptismº. Sed si aqua ñ trā sit in aliaz spēz sz alterātur q̄dā eiº accīntia vt qz aqua ē calida tē ex illa aq̄ fit baptismº.⁊ pōt ibi signa cognoscēdi qūo trā sierit i aliā spēz vl qī recedit in termio raritatis vel densitatis aq̄ vel i actu vel i potentia. Et adde hic.

in aquā imersit dicendo ego baptizo me in noīe prīs ⁊ filij ⁊ spūs sancti amē. queritˉ an iste sacramentū baptismi receperit. Respondet pa.qꝫ cū inter baptizantem ⁊ baptizatū dz esse discretio fm qꝫ ex verbis dñi colligitur q dixit apostolis baptizate oēs gētes i nomine patris ⁊ filij ⁊ spūs sci. predictus iudeus est ab alio baptizādus. vt ostendat qꝫ alius est qui baptizatur ⁊ alius qui baptizat vnde dñs nō a seipso sed a ioanne voluit baptizari. tm̄ si iudeº statim decessisset ad patriam quolasset nō pp sacramentū baptismi sz pp fidem quā habuit sacri. In baptismo illa spūalis generatio celebrat de qua dixi dñe nisi quis renatº fuerit ex aq̄ ⁊ spū scō nō intrabit in regnū dei qꝫ sicut enī in carnali generatione alius est qui generat ⁊ alius q generatur sic ⁊ in spūali alius debet esse qui spūaliter generat ⁊ alius qui spiritualiter generatur. Sane cū corpus exterius siue corporium baptizatur. oportet vt vtrobiqꝫ paternitas ⁊ filiatio valeat inueniri quibus baptizans ⁊ baptizatus adinuicem referantur. Ber. Nota primo qꝫ vbi aliqua requirunt ab sb stantiam actus nisi illa intercidat nō tz actus ēt si ex necessitate solēnitas seruari nō possit. Ex quo infert qꝫ necessitas nō facit deficere solēnitatē substantialez quod nō. Nō so qꝫ in baptismo quis dicit renasci qz primo fuit natus carnaliter nūc vero renascitur spūaliter. Et ex hoc infertur ⁊ ex tex. qꝫ ista generatō spūalis dz imitari naturā seu naturalē generationem inquantū pōt. vnde sicut in generatiōe naturali quis nō pōt seipsuz generare sed regritur alius q generat ita ⁊ in ista spūali regeneratōne. Et ex hoc ego crederem qꝫ nemo pōt alium baptizare vel ipsum de sacro fonte leuare qn posset esse pater suº carnalis.⁊ sic qꝫ precedat baptizādum in plena pubertate. i. qꝫ sit maior. xviij. annis sicut in simili dicimus in adoptiōe legali qz oz qꝫ adoptans excedat adoptatū in plena pubertate.⁊ qꝫ sit maior. xviij. ānis eo quem vult adoptare vt sit certissimū vt posset eē pater carnalis. vt pz insti. de adop. §. minorē. lz pe. de an. hoc dixit sufficere qꝫ excedat in. xiiij. annis qz tūc possunt generare. sed nō plz qz vt dixi lex in simili requirit plenā pubertatē. vt in. d. §. minorē. nā multi reperiunt qui nō sunt puberes i. xiiij. anno. vt nō. in. c. puberes de de spō. ipu. Et ex hoc nota quasi nouū qō nō dz qs admitti ad leuandū aliquē de sacro fonte vt sit pater eiº spūalis nisi precedat seu sit maior baptizādo in. xviij annis. nā absonū vr eū fieri patrē spiritualē qui ñ potest esse carnalis. d. §. minorē. Itē colligo vltra alios arg. optimū ⁊ quasi in tex. expressum qꝫ ad sbam baptismi nō requirit leuās de fonte seu suscipiēs de sacro fonte sed sufficit ipse baptizatus. hoc apte ꝓbatur in eo qꝫ papa arguit de carnali generatōe ad spūalem.⁊ in spūali in patrē regrit dūtaxat ipsum baptizātem. leuās ergo potius interuenit ad solēnitatē actus q̄z de necessitate.⁊ fuit hoc. vt arbitror introductū pp paruulos qui nequeūt rīdere in chatecismo. ad hoc. c. paruuli de cōse. di. iiij. sed chatecismus nō est de substātia baptismi. vt in. c. i. §. e. ꝓ hoc facit tex. in. c. pri. a ꝓnio. Ultiō nō qꝫ in baptismo nō soluz baptizat. i. intingit corpus exterius sed etiā corpus interius.⁊ illa ablutio que fit exterius nōt ablutionē interiorē.⁊ interior fit per spūz sanctū. nā aqua ⁊ ẏba nil ꝓdessent nisi spūs sanctus baptizaret interius in. c. per aquā. de ꝓsec. di. iiij. vnde reperitur duplex paternitas ⁊ filiatio in baptismo. vna exterius in qua baptizans est pater. alia interius in qua spūs sanctº

d. an. in. c. ꝓce. in fi. prīe col. vbi dicit qꝫ ꝓfert baptismº lz aqua sit lutosa. si cus si sit lutū ex quo nī aqua excuteret.⁊ vide ad hoc tho. in. iiij. sen distinc. q. j. ar. iij. i fi. vbi dicit qꝫ si aqua paludis cēt tantū grossa qꝫ recederet a vera rōe aque nō cēt baptismº sicut si cēt lutū alias cēt baptismº qz adhuc species aque manet. vide cundē san. Tho. i. iiij. di. v. q. ij. ar. ij. cir. me. vbi dicit qꝫ oz aquam in qua fit baptismº eē mūdaz ob reuerentiā sacri tī si sit imūda nihilominus fit in ea baptismus. Itē vide eūdē tho. i. iiij. sen. di. xi. q. ij ante me. vbi dicit qꝫ nō refert i quacūqꝫ aqua baptismus fiat. et qꝫ baptismº possit fieri de oi aqua maria ⁊ sulfurea ⁊ de lixiuio lz exꝑsse tho. in. iiij. sen. dis. iii. q. i. arti. iij. redde rōnē qz nō mutatur spēs aque ni si qꝫ trāsit p montes sulfureos. Et similit lixiuiū in nullo mutat ab aqua quo ad substantiaz nisi qꝫ trāsit p cineres. Itez vide tho. in iiij. sen. di. xi. q. ij. ar. iij. circa fi. vbi dicꝫ qꝫ in baptismo aqua est principalis mā si aqua alterius speciei apponatur ñ seruat debita mā ⁊ propter hoc nō est sacrm baptismi

est pater. ⁊ ideo oēs xpiani dicunt filij deī. ⁊ iter se sūt fratres spūales qz habent vnum ⁊ eundē patrem spiritualē in ista scda natiuitate. facit qō nō. iii. c. ad mensam. xj. q. iij. ⁊ per hoc itelliges istū tex. in fi. Hic queritˉ nūqd iudeº debeat idistincte admitti ad baptismū. dic qꝫ nō. nā primo debet restituere ea q̄ extorsit p vsurariā prauitatē ⁊ illicite. vt in. c. iudei. ⁊ ibi gl. de cōse. di. iiij. nō aūt tenet relinquere alia licite q̄ sita sicut multi simplices credūt. ꝓ hoc. c. sicut iudei. j. de iudeis. Itē nō dz baptizari illico sed dz aliquo tpe differri. vt appareat an habeat rectā intēctionez ⁊ olim fuit statutū vt staret chatecuminus p octo mēses. vt i. d. c. iudei. sed postea fuit statutū qꝫ p. xl. diel tm̄. vt in. c. ne qō absit ea. di. multi tm̄ ⁊ nō bene h nō obseruāt sed illico baptizāt sed pº modū gescente illo calore sepe tales redeūt ad vomitū erroris eorum

Ultimo q̄ro qd si aliqs imergat seipsū alio dicēte ego te baptizo nūquid sufficiat dic qꝫ nō qz nisi imergat ille nō pōt dicere ego te baptizo. Dicit ēt ino. qꝫ de necessitate nō requirit imersio sed satis est qꝫ baptizās effundat aquā sup corpe baptizādi lauādo totum corpus vel maiorē partē vel saltē caputª. dicit ēt sufficere qꝫ singula aque ꝓiecte a baptizāte tāgat corpus baptizādi. qō nō lz rutius sit vt seruet qō ꝓmissum est. sed hoc vltimū valet pro istis īfantibus q sūt multū debiles vt nō imergātur in aqua neqz lauetur totū corpus ne incurrāt periculum mortis.

On vt apponens.

n Vbi deest verbū vel elementū aque nō est baptismi sacramētuz. Eoīs diuisio. scda ibi respondemus. Casus lr̄alis. Ecce aliqs simplicitate ductº liniunt puer in caput ⁊ pectus ⁊ iter scapulas saliue aspsione loco baptismi. queritˉ an talis cēt baptizatus. Rsit pa.qꝫ cū in baptismo duo sunt necessaria scilicet verbū ⁊ elementū. ⁊ dñs dicat nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spū scō nō intrabit in regnū celoꝝ dubiū nō est qꝫ ille nō est baptizatus in quo defuit nō solū alterū sed vtrūqz. Ber. Nō primo duo que regrunt ad sbam baptismi. s. ẏba ad hoc īstituta. de qbº h. ⁊ in. c. i. §. e. itē elementū aque. nō pōt ergo qs baptizari in aliquo liquore. Et ex h ⁊ ex tex. nō qꝫ vbi plura regrunt ab sbaz actus defectus vnius facit totū deficere. ꝓcordat. l. si vnus. C. de testi. Sed q̄ro nūquid in aqua rosata possit qs baptizari maxīe instāte necessitate. doct. hic ꝓcludūt qꝫ nō. ⁊ idē tenuit beatus tho. rō qz xps fuit baptizatus in aqua iordanis ⁊ sic in elemento. ⁊ iō nō sufficit alius liquor. nā xps sactificauit nobis aquam in baptismo suo. vt in. c. nunqz. de ꝓse. dist. iiij. ⁊ fuit hoc sacramentū institutū in aqua qz aqua est igni ꝓria. peccatum ergo cōparat igni. vnde sicut ignis extinguit per aquā ita peccatū per baptismuz. vt. s. eo. c. pri. Sed in aqua etiā transmutata ᵇ baptizari pōt dūmō nō mutet spēs aque ⁊ ideo in lixiuio pōt etiam quis baptizari. Itez in aqua balnei sulpburei qz aqua est lz aliquātulum transmutata. idem dicunt doc. i aqua lutosa. secus āt in luto. Ultimo queritur de vna q̄stione que fuit de facto quidam deferens pueruz ad baptizādum ad ecclesiam valde remotam videns in puero signum mortis nec habens secum aquam ꝓiecit puerum in vno puteo dicendo verba īstituta nūquid iste puer fit baptizatus ⁊ sic possit sepeliri in cimiterio ecclesiastico. quidā lector theologie de ordine fratrū predicatorꝝ in mōte pessulano dixit qꝫ non.

sed vt hic refert abbas ⁊ multi canoniste illud fuerũt detestati qz nõ defuit hoc casũ verbum nec elementũ sed postmodũ ipse abbas cõsuluit magistrũ suũ qui respondit qꝺ nõ erat baptizatus. ⁊ sic cõcordauit cũ iudicio illius theologi. motus qz in baptismo requiritur nõ solũ submersio sed etiã eleuatio ab aquis in signũ resurrectionis xp̃i de ꝑse. di. iiij. ō trina. ⁊. c. ꝓ prie. sed hec rõ apud me nõ cõcludit. qz vt dixi in. c. ꝑcedẽti de necessitate nõ regritur imersio ⁊ per ꝓns nec leuatio. vnde credere q ꝺ si posset cõstare q puer virit q̃diu baptismus fuit cõpletus q ꝺ satis dicatur baptizatus sed qz potuit ꝓdecedere in via aneq̃ baptizaret posset sustẽtari illa opinio. Glo. quasi nil hñt ergo per vos expediatis. Abbas.

1 **Licet grecos** Baptizatos a latinis greci rebaptizare nõ debent p̃mittit exordiũ ⁊ duplicẽ narrat grecoꝝ excessũ. scõo id fieri ꝓhibet. tertio penã iponit. scda ibi volẽtes. tertia ibi siquis. Casus lr̃alis. Postq̃ greci subtraxerunt se ab obedictia ecclesie romane intantũ ceperũt abhominari latinos q ꝺ inter alia que contra xp̃ianos cõmittebãt. si quãdo sacerdotes latini in eoꝝ sacrificarent altaribus nõ prius sacrificabãt in ipsis q̃ ea tanq̃ per hec polluta lauissent ⁊ baptizatos a latinis presumebãt ausu temerario rebaptizare. precepit papa vt talia de cetero nõ presumãt ꝓformãtes se tanq̃ filij obedientie sacrosancte roma. ecclesie vt sit vnum ouile ⁊ vnus pastor. Siqs aũt tale qd presumpserit excõicationis sñia pcussus ab omni officio ⁊ beneficio ecclesiastico deponatur. Ber. Nota primo q ꝺ inter mores ⁊ ritus est differẽtia. hic. n. ponunt̃ ista vt diuersa. ⁊ dic q ꝺ mores referunt̃ ad illa que sunt extra sacra ⁊. v̄. ritus ad ea que sunt de sacris. Nota ꝺo ⁊ tene mẽti q ꝺ eccla romana põt ⁊ ꝺz de honestate venientes nouiter redeuntes ad fidẽ tolerare in moribus ⁊ ritibus eoꝝ antiquis. hinc est q ꝺ multi greci in calabria ⁊ quibusdã alijs regionibus tolerant̃ in forma baptizãdi ⁊ celebrãdi ⁊ multis alijs in qbus nobiscũ nõ cõueniunt. vnde per istã tolerãtiaz nõ min⁹ sunt vera eoꝝ sacra dũmõ in tñ nõ differãt q ꝺ deũ in illis offendãt. vñ nõ sunt tolerãdi cũ periculo aiarũz ⁊ ꝓ honestatẽ ecclesie vñs. ⁊ h̄ nõ. facit qõ nõt gl. ī. c. j. in fi. xx. di. Tertio nõ q ꝺ greci ⁊ alie nationes debẽt eẽ ⁊ ꝓstituere vnũ ouilũ nobiscũ. debẽt ergo oẽs boues eẽ de ouili xp̃i. nã ipse dixit fiet vnũ ouile ⁊ vn⁹ pastor. vt hr̃ in euãgelio. ergo de iure oẽs boues sunt sub pastore eccle. s. sub papa lz de facto nõ valet papa ꝓ multos infideles exercere suã ptãtez. de quo vide p. ino. in. c. q ꝺ sup bis de voto. Itẽ nõ qz eccla romana est mr̃ ⁊ magistra oiuz eccl'aꝝ. greci ergo de iure debẽt recognoscere papã romanuz in pastorem ꝓcor. c. ij. in fi. de sũ. tri. Ultio nõ q ꝺ rebaptizans aliquẽ ex studio est depositiõe dign⁹. Quero h̄ qd si baptizãs peccat in latinitate. vtputa dicẽdo baptizo te in noie p̃ris ⁊ filio ⁊c. Cõcludũt doc. q ꝺ baptismus cõfertur qz forma intellectualis est seruata lz nõ quo ad cortice. h̄ ꝓbatur ex eo qz mulieribus p̃mittitur baptizare in idiomate vulgari. vnde qsq̃ põt baptizare in idiomate suo nec falsa latinitas vitiat dũmõ quis nõ faciat h̄ sciẽter aĩo inducẽdi nouũ errorẽ seu nouã formã. vt in. c. si nõ sanctificat. ⁊. c. retulerũt de cõse. di. iiij. Itẽ quero qd si baptizãs ⁊ baptizat⁹ intendũt baptizare ⁊ baptizari sed credũt q ꝺ baptismus solus ꝓsit ad sanitatẽ corporis ⁊ nõ aĩe nũqd ꝓferatur verus baptismus. doct. q ꝺ sic satis. n. est q ꝺ seruat forma tradita ab eccla ⁊ q ꝺ isti baptizare ⁊ baptizari itẽdũt. Idẽ dicũt doc. ꝑ. c. i. ẽt si credãt q ꝺ baptismus sit vna trufa dũmodo vt dixi intẽdãt baptismũ conferre qz spiritus scũs ad formã verboꝝ inuisibiliter operat. ꝓ hoc facit qz cayphas princeps iudeoꝝ ꝓphauit non ex merito vite sed officij prãte. i. q. i. dictuz. vnde ex quo seruat forma tradita a deo ⁊ ab ecclesia ⁊ isti credũt baptizare baptismus operatur suũ officiũ. secus ẽt vbi baptizans nõ intẽderet baptizare vel baptizatus baptizari. nã requirit intẽtio vtriusqz. vt nõt Inno. ꝑ. c. i. intẽtio tamen patrini leuãtis de fonte sacro nõ nocet ſm doc. hec rõ põt eẽ qz patrinus nõ baptizat nec regritur ad substãtiam baptismi vt dixi. ꝑ. e. debitũ. Ultimo querit q̃re xp̃s voluit baptizari a ioanne cũ baptismus cõferatur ad remissionẽ peccatorum. ipse. n. xp̃s nullo peccato tenebatur cũ fuerit conceptus sine semine virili ⁊ sic ñ erat in eo peccatum etiã originale. So. duplex. pria vt ꝑficeret oẽm gradũ humilitatis. tres sunt. n. grad⁹ humilitatis. de quibus vide per glo. fi. in cle. i. de reo. ⁊ vltimus gradus est vt quis supponat se minori ita voluit xp̃s se subijcere ioanni. scõo hoc facit vt lan ctificaret nobis aquam de ꝓse. di. iiij. nunq̃. hoc nõ. in. c. per aquam. ea. di. ⁊ in. c. debitum. ꝑ. e. ⁊ ex illis babetis materiã istius ti.

De presbytero nõ baptizato Rubrica.

Viso de baptismo qz aliqui sepe promouẽtur nõ baptizati ad ordines de qbus dubitari poterat vtrũ essent vere ordinati vl'an deberent baptizari merito post rubricam precedentẽ subijcitur ista. s. de presbytero nõ baptizato. ⁊c.

s **Siquis.** Breue est vel per alia v̄ba sũma sic. Si non baptizatus ordinatur ordinis characterez nõ recipit. ⁊ hoc sũmat. c. fi. j. eo. Nõ q ꝺ defectus sacramẽti baptismi ꝑdit ipressionem characteris alioꝝ sacramẽtorũ vbi ergo nõ est baptismus ibi nõ est validũ aliqꝺ aliud sacrm̃ in quo ꝑmatur character. ⁊ hoc qz baptismus est ianua alioꝝ sacramẽtoꝝ. vt. j. eo. c. fi. Sed quero q̃liter potuit iste deprehendere se nõ esse baptizatum. So. forte fuerat expositus ⁊ credebatur baptizatus nũc aũt constabat per exponẽtes q ꝺ nõ fuerat baptizatus vel forte instante necessitate fuerat baptizatus asperfione saliue. vt. ꝑ. ti. pri. in. c. nõ vt. ⁊ credebat a pentib⁹ baptizat⁹ vel qd silẽ. Scõo q̃ritur quid si dubitetur vtrum fuerit baptizatus. So. tã respectu baptismi q̃ respectu ordinis poterit seruari qꝺ habetur in. c. ij. ꝑ. ti. priori. ſm bosti. Ultimo querit qd si iste nõ vellet de nouo ordinari. dicit io. an. q ꝺ remanebit laic⁹ ⁊ lz nõ deberet cõtrahere matrimoniũ qz tacite vr̃ vouisse continentiã. ar. in. c. quidã. ꝑ. de quer. cõiu. tamẽ si ꝓberet lz matrimonium cũ illõ votum nõ fuerit solẽne exquo vere nõ recipit sacrũ ordinem vt in. c. i. de voto li. vj. Et nõ ex hoc dicto q ꝺ ad solẽnizandũ votum nõ sufficit opi. ⁊ credulitas sz oz q ꝺ vere subsequat sacer ordo vel ingressus religionis vt in. d. c. i. de voto li. vj. Credit tñ hic. do. an. istũ debere cõpelli ad suscipiendũz ordines pp intentionẽ quã semel habuit. qõ satis posset admitti argu. c. qui bona agũt. xvij. q. i. facit qõ le. ⁊ nõ. ꝑ. de regula. porrectũ. ⁊. c. fi. j. e. vbi talis mãdat ordinari nec relinqtur proprie voluntati.

2 **Postolicam** Orari dz pro eo qui credens se baptizatum in fide xp̃i decessit sine baptismo. vel aliter ⁊ melius. Omissio baptismi nõ nocet credẽti probabiliꝫ se eẽ baptizatũ. primo ponit decisa ꝓsultatio. scõo rñsio ibi vñ. quã probat duab⁹ auctoritatib⁹. pria ibi lege. scda ibi libz̃ Casus lr̃alis. Quidã sacerdos credẽs se baptizatũ ⁊ in fide baptismi ꝓfitẽs mortuus ẽ. postq̃ cõ-

pertū est q nō fuerit baptizatus. q̄situ est a pa. vtruz eccla deberet eū hēre ꝓ baptizato vt possit ꝓ eo ora re. Rñt papa q ꝑbyter ille in fide sc̄ē matris ecclesie ⁊ in cōfessione noīs xp̄i ꝑseuerauit ab originali pc̄ō solutus gaudiū celestis patrie fuit adeptus. Jn. viij. li. augustini de ciuitate dei legitur. baptism⁹ inuisibl̄r ministrat quē nec cōtemptus religionis sed necessitatis terminus excludit. Et in li. brī ambrosij de obitu valētiniani idē legit ⁊ sic hmōi qōib⁹ sopitis eccl̄a pōt ꝓces ⁊ hostias deo offerre, ꝓ ꝑsbytero mēorato. Ber. Nota primo q peccatū originale dimittit. nō solū in baptismo fluminis sed ēt in baptismo flāinis. i. spūs sci. qui qdē baptismus flaminis ministratur oībus bñtibus xp̄i fidē ⁊ nō ꝓtēntib⁹ baptismū fluminis siue excludant a baptismo fluminis ex necessitate. vt ꝓtigit valentiniano. siue ex ignorantia, ꝓbabili q credebāt se esse baptizatos. Scōo nō q decedēs in fide xp̄iana presumit adept⁹ seu adipisci gaudiū p̄rie celestis intellige re vel spe. nā si presumeretur oppositū nō oraret ꝓ decedēte. vt in. c. ꝓ obeuntibus. xiij. q. ij. Ultimo nō q ꝓ obeuntibus ēt sacerdotibus debēt deo offerri preces spāles in ecclesia ⁊ missas celebrari. Jt̄ē nō q dicta aug. sunt approbata ab ipsa eccl̄a ⁊ possunt allegari cū dubitatur de efficacia sacramētoꝝ ⁊ idē de opusculis ābrosij ⁊ alioꝝ doctoꝝ ecclesie. de qbus vide tex. i. c. i. de reli. ⁊ ve. san. li. vj. ⁊. xvj. di. q̄si per totū. Jn gl. i. in fi. nō gl. singl̄r que solet multū allegari. ⁊ dic latius q baptismus flumis. s. quo quotidie vtimur, ꝑdest tam adultis q̄ꝫ puulis. vt in. c. maiores. i. rñso. s. tit. ꝓri. Baptismus flamis. i. spūs sci q inuisibiliter baptizat cor interius. vt in. c. debitū in fi. s. ti. ꝓr. ⁊ i. c. per aquā de cōse. di. iiij., ꝑdest adultis tm̄ q in charitate ⁊ fide xp̄iana decesserūt. nō aūt ꝑdest puulis. qr cū ipsi nō sentiāt nō bñt xp̄ianaz fidē nec charitatē. ⁊ de isto baptismo potuisset ꝓcedere opi. illoꝝ hereticorū asserentiū puulis baptismū nō ꝑdesse. vt in. d. c. maiores. Baptismus sanguis est qñ qs occiditur ꝓ fide xp̄iana ⁊ ista fides, ꝑdest taz adultis q̄ꝫ puulis exquo nō cōtēpserūt baptismū fluminis. exēplum in sanctis innocentibus. latro vo in cruce nō fuit baptizatus baptismo sanguinis qr nō ꝓ fide christiana sz ꝓ suo merito fuit cruci affixus sz fuit baptizatus baptismo flaminis, ꝓpter fidē quā habuit in xp̄o. vt i. c fi. de pe. di. vij. Jn glo. fi. ibi ventrē meū doleo. hoc dicebat ad instar mulieris que parit abortiuū. nam ista regeneratio spūalis cōparatur regeneratōni carnali vt in. c. debitū. s. ti., ꝓri. vñ iste valētinian⁹ abortiu⁹ erat qr nō puenit ad baptismū fluminis. Et i fi. glo. nō singulariter hāc vltimā. q. glo. ex qua habes singularē limitationē ad. l. barbari⁹. ff. de off. ꝓreto. ⁊ ad. §. vex. iij. q. vij. ⁊ ad nō. in. c. ad ꝓbandu. de re iudi. ⁊ in. c. nihil de elec. in quib⁹ iurib⁹ nō. q cōis error seu opi. facit valere gesta. ista. n., ꝓcedūt i depēdētibus a iurisditōe nō aūt in dependentibus ab ordine seu in istis sacramentalibus. in his. n. attēditur veritas ⁊ nō opi. facit. c. q̄ꝫto. s. de cōsue. Ex quo iferē q ordinatus ab eo qui putabat eps cū nō esset nullū ordinē recipit. valēt tamē fic gesta quo ad meritū, ꝓpter fidē. ⁊ vide bo. glo. in. c. dudum. ij. de elec. ⁊ dic vt ibi plene nota.

a Vide gl. in. c. fi. missime de conse. dist. iiij. Et baptism⁹ flaminis vel sāguis sufficiat ad sal nādū bōinem vbi ō est baptismus aque nō ex volūtate sed ex necessitate latenando firmat tho. i iiij. sen. dis. iij. q. iij. ar ij. Jt̄ē ulō tho. in. iiij. sen. dis. ix. q. i. arti. ij. circa fi. vbi dic q baptizat⁹ baptismo flaminis emūdatōez cōsecutus est ꝓpter ꝓpositu baptismi sacramētalis ⁊ accipiēs sacramētū ampliorez gratiā consequitur.

v **Eniens.** Pro summa accipe. c. j. s. eo. vel ad idē fic. Nō baptizat⁹ ordinari nō pōt ⁊ si de facto ordinetur nō recipit ordinis characterē lz crederetur baptizatus. primo ponit de baptismo tradito ei qui nō fuerat rite baptizat⁹. scōo ibi cū q̄ꝫ circa ordinē allegat ꝓ ⁊ cōtra. tertio ibi quia vero diffinit.

